

11-12



FIGVRAE

P2-12.107

BIBLIORVM
VETERIS TESTA-

menti, quibus noui veritas prædi-
citur & adumbratur, opus concio-
natoribus apprimevtilè, industria

Doctõris Francisci de Auila,
Canonici Bellamon-
tani elabora-
tum.

AD ILLVSTRISSIMVM ET RE-
uerendissimum virum literis, æquitate, & pietas-
te insignem. D. D. Gasparem à Chiroga, Cons-
chenfis gregis, pastorem vigilantissimum Episco-
pumq; dignissimum, & Generalis Inquisitionis
præfectum.

Omnia in figura contingebant illis.
I. Cor. Io.

ANTIQVARIÆ,
In ædibus Anonij Nebrissensis. Anno dñi.
M. D. LXXIII.





ON PHILIPPE

por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de León, de Aragón, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Cercega, de Murcia, de laë, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Conde de Flandes, y de Tirol &c. Por quanto por parte de vos, el Doctor Francisco de Auila, canonigo de la collegial de Belmonte, nos fue fecha relacion, diziendo: que vos auades fecho dos libros en latine: el vno intitulado, *Diuiinarum literarum exemplar*: y el otro, *Figuræ bibliorum*: y el otro en romance intitulado, *Recreacion del alma*: que eran muy vtilis, y necessarios: en lo qual auades passado mucho trabajo, y los queriades hazer imprimir, y nos pedistes y suplicastes, vos mandassemos dar licencia para ello, o como la nuestra merced fuese. Lo qual, visto por los del nuestro consejo: por quanto en los dichos libros se hizo la diligencia, que la pragmatica, por nos agora nueuamente fecha dispone. Fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta, para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por esta vez podays hazer imprimir los dichos libros, que de fuso se haze mención en estos nuestros Reynos y Señorios, sin por ellos caer ni incurrir en pena alguna. Y mandamos, que la dicha impresion se haga por los dichos libros originales, que van rubricados todas las hojas, y firmado al fin de cada vno dellas, de Iuan Fernandez de Herrera, nuestro secretario de camera, de los que residen en el nuestro consejo: y que despues de impresos no se puedan vender, ni vendan, sin que primero se traygan al nuestro consejo, juntamente con los dichos originales: para que se vea si la dicha impresion

esta conforme a ellos, y se os de licencia para los poder vender, liendo ante todas cosas rassado el precio a que se viieren de vender cada volumen, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmática, y leyes de nuestros reynos: y mas de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Dada en Madrid, a veynte y seys días del mes de Oñubre, de mil y quinientos y setenta años.

El Doçor Diego Gasca. El Licenciado Atienza. El Licenciado Fuenmayer. El Licenciado Iuan Thomas. El Doçor Francisco Fernandez de Lieuana. El Doçor Jer Redin.

Eyo Iuan Fernandez de Herrera secretario de camara de su Magestad, ja fize escreuir por su mandado, con acuerdo de los del su consejo. Registrada Jorge de Olal de Vergara, Jorge de Olal de Vergara por Chanciller.



MNIS Scriba doctus in reā
 guo cœlorū similis est homini
 patri familiis, qui profert de
 Thesaurō suo noua & vetera
 dixit Iesus seruator noster ma
 gister vita. Vnde illi proculs

dubio noua & vetera mihi videntur in regno cœlorum proferre, qui sic nobis antiqua sacramenta proponunt, vt ostendant eadem scripta esse ad correctionem nostram, in quos fines seculorū de uenerunt. Nam, ad stipulāte Diuo Apostolo Paulo, omnia in figura contingebant antiquis patribus prius illis temporibus. Vnde beatus Aurelius Augustinus Vetus testamentum asseruit occultationem esse noui, atq; adeo nouum reuelationem veteris: quæ quidem doctrina adeo consona est diētis sanctorum antiquorum, vt dixerit olim grauisissimus Tertulianus contemporaneus beatorum Apostolorum de hac re sermonem faciens quodam loco sic. Nouorum maxime nouum fuit ad impletio veterum. Et Gregorius Nazianzenus cognomento Theologus Diui Hieronymi in sacris literis magister, cum in oratione, quam scripsit in gratiam pauperum, mentionem vtriusq; testamenti intulisset, duo (inquit) sunt testamenta, alterum in typo, alterum in veritate. Iam ergo vt vnde aliquantulum digressus sum, reuertar. Cū multi viri Theologi nostris tēporibus, nō secus ac

scribere docti in regno celorum, cum noua, tum vetera ecclesie catholice adiuuanda bona studia offerant, hinc est, quod Doctor Franciscus de Auila canonicus Bellanontanijs vir boni testimonij & in sacris literis eruditus, cum diuersa hucusq; atq; minime pœnitenda cussert, nunc vnico volumine noua & vetera in gratiam studiosorum posert. dñi sacrorum Bibliorum figuras vna cum proprijs explanationibus exhibet, opus meo iudicio non parũ utilitatis ad sanctitatem doctrinæ & fructum christianæ vitæ allaturum: & quia (vt dicitur in pro- uerbio) vino vendibili suspensa hedera nihil est opus, hoc fuerit de hac re meum vt cunq; iudicium, hæc mea censura, quam exhibui post attentam operis inspectionem, vt mandatis præstantissimorum virorum, qui sunt à consilijs domini nostri Philippi Hispaniarum Regis obsecundarem, atq; a deo propria manu subscripsi. Compluti Collegio Dis- ci Bernardi. Anno Virginici partus. 1570. Decimo Kalendas Octobris.

*Frater Ludouicus
Estrada.*


D. D. G A S
P A R I A Q V I R O
G A, V I R O L I T E R A T I S S I
mo & in te gerrimo, vigilantissimo Con-
chensis gregis pastori Doctor
Franciscus de Auila.
S. P. D.



QVAE DIGNA SVNT
 ab his, qui iudicio valent, præ-
 stari, præsul amplissime & in-
 te gerrime, nullus erit ingenio
 ita præposito, qui non debite
 illa fieri dicat. Laudatus est
 merito Ioseph, quia in tanto domini sui honoris di-
 scrimine seruauit illæsum illum. Ladatus Iacob,
 quod Laban gregibus ita consuluerit, ita prosper-
 xerit, vt curam illorum ipse habens multiplicas-
 ti illi fuerint, & locupletatus Laban. Laudatus
 Thobias iunior, quod patris dolens ipse morbo ac
 cecitate laboriosum sponte carpsert iter, vt patri
 clementissimo, ac patientissimo restituerentur lus-
 mina. Neq; vlla efferendi laudibus viros hos bene
 meritos amplior ratio est, quã quod fecerint, quod
 debuerint, præstare omnino tenebantur, quæ ita

deditissimi tibi hominis tanto hilariori recipe vultu,
 quanto indignius est quod tibi offeratur. Supplet in illo maxime explicata materia & utilitas, sanctitas, gratia, & maiestas, quæ diuina antiquæ legis sacramenta figuris veluti inuolucris obiecta reuelat. Explicantis ingenij exiguam, ac si quis malum donet didonum patella aurea (vtraque tamen dona) aut eximij valoris adamantum aurichalco insertum. Vale præsul

amplissimi, & in conchensis, ecclesie de cuius ornamentum viuendi.



CANDIDIS Lectoribus.



SI FIERI POSSET, VTHoc nostrum qualecunque est opus, ad eos mitteretur, quos nondum in sacram suam scholam admisit Christus, quorum ut in plurimum rigida solent esse ingenia, ut quæ pietatis præceptis, legibus quæ suauissimis nondum fuerint emollita, cruciaret nos omnino cura, quod ingenijs ita rigidis & immitibus esset discutiendum. Cum tamē ad eos mittatur, qui veteri exuto Adamo induere nouum, induere (inquam) viscera misericordie, benignitatem, humilitatem & modestiam. Ad eos, qui etsi sapiētia sint præditi non ea, quæ inflat, cui nihil nisi proprium placet, sed sapiētia, de qua Iacobus: quæ de sursum est sapiētia primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione: ad eos, qui miti, placido, ac plane Christianiano animo, proximorum legunt scripta, eterno gratias agentes numini, a quo omnia procedunt, cum quid laude occurrit dignum, nimia cum pietate ignoscentes, cum quid occurrit inconcinnum, sciētes huiusmodi lapsus humane incogitatie esse proprios, sine vilo omnino id mittimus grauamine,

Colo. 3. d.

I. Cor. 3.
Iacob. 3.

hoc

hoc a vobis lectores Christianissimi expectantes beneficium, quod non religio tantum, sed & nomen ipsum suauē planē & gloriosum pollicetur. Accipite igitur hanc, quā speramus, suauitate animorum antiquæ legis figuræ Mosæico illis ablato velamine, vt, quæ sub illo occultabantur mysteria, intueri apertius possitis, & Deo rerum omnium artifice gratias agere, qui cortice legis ita duro nucleos vobis ita molles & gratos reconditos voluerit. Accipite & letamini magis hoc defæcato auro è antiquæ legis venis eruto, hoc agente purgato septuplum, quam terreis illis metallis, quæ (& si vulgo pretiosissima sunt) cum his nostris nihil sunt habēda. Cor medite grana, quæ inspicis, quas vellebant apostoli latebant. Has adorate sanctissimas reliquias argenteis capsulis in antiquæ legis sacrario absconditis. Hoc manna suauissimo cœlesti plane cibo angelis magis quam hominibus digno vos pascite, quod desurata legis claudebat arca, omne enim delectamentum in se habet. Sunt enim ista hoc dignissima nomine, sonat siquidem manna, quid est hoc? vox admirationis plena. Quis enim non miretur, cum tot, tanta, tam præclara, tam pretiosa, tam suauia, tam commoda, tam magna, tam diuina è legis inuolucris educta videat in lucem? eque caligne in splendorem prodeuntem Mosem? quis hos Silenos explicatos maxime non suspiciat? quis ex ulucarijs illis mel ex-

pres

Psal. II

Math. 12.

Exod. 25.

pressum non dicat suauissimum, audivissime quæ Exo. 17. 82
 comedat illud? quis è petra illa legis antiqua es Psal. 77.
 uangelica virga percussa fluentes aquas limpidis Gen. 30.
 simas sitibundus non bibet, tamque suaves, dulces, Gen. 29.
 limpidas, ac tenues aquas è duro illo saxo non mirretur effluere tam grato murmurè? quis excortica Psal. 18.
 tas has ac nudas Iacob virgas legis spoliatas cortice cum ingenti admiratione non contempletur?
 quis ablato grâdi saxo à Iacob idest Christo, quod legis operiebat puteum, exhaustam aquam non bibet cum gaudio, cum vira splendida quæ sit sicut crystallum, & super mel & fauū dulcis? quis grana acide dulcia infirmis grata & salutaria, quæ in malis granatis latebant, quæ summus sacerdos in fimbrijs gestabat sacerdotalis vestis, & si valeat, & si corpore animo quæ sit sanus, non edet cum suauitate, mali granati cortice iam fracto, è quæ suis tunicis exuitis illis? quis Sansonis propositum enigma non letetur videre solutum? atque Iudic. 14.
 adeo nocturna versabit manu, versabit diurna vetus testamentum et nouum, quod & claris & lux, & perfectio ac consummatio illius est, ac Moyses mirabilem pulchritudinem ablato iam velamine iucundius intuebitur, seruetur quæ testimonia domini, & in illius lege iugiter meditabitur. Quæ omnia vt gratiora sint, maiori quæ habeantur in pretio sanctorum doctorum catalogus est

est in operis principio positus, e quorum lectione ista nimio labore selegimus ita tamen vt ex omnibus omnia, ex nullo tamen omnia acceperimus. Quæ nos latius explanauimus, tractauimus diffusius, ad nostros vsus accommodauimus, e que granis messes fecimus, e floribus manipulos, interdum e si cum timore nostro inmitentes sensui, sic tamen vt non a sanctorum deflecteremus vestigijs, de faceremus sententia. Quæ de re, cum sacrorum doctorum ista esse sponte fateamur, coru tamen nulli ea adscribere potuimus, e ideo non est singulis typis suis appositus autor, aut locus, vnde sumeretur, explicitus. Ante tamen quam nostræ imponatur finis orationi, admonitos volumus lectores, quod si quæ operi distinctio desit, indicis suppleri distinctione poterit. Hæc enim in illius editione seruare placuit ordinem, vt priorem obtinerent locum figuræ illæ, quæ quocunq; modo Christum salutis autorem præ sagirent, secundum, quæ ecclesiam, cuius ipse extitit fundator, tertium, quæ virginem purissimã, ecclesiæ e Decus e ornamentu, quartum, quæ apostolos, magnos Christi ministros, e ecclesiæ architectos, post autem episcopos, doctores, concionatores. Quæ omnia attentius obseruare poterunt seduli lectores, nobis horum sufficit admonuisse.

Valete.

DOCTO

DOCTORES, QVORVM
opera in huius operis compositionem sumus vsi.

D. Hieronymus.	Ioannes Driedon.
D. Augustinus.	D. Chrysostomus.
D. Gregorius.	D. Clemens Alexandrinus
D. Bernardus.	Origines adamantius.
D. Ambrosius.	D. Theorodetus.
Eucherius Lugdunen.	D. Ioanes damascenus.
Episcopus.	Philon iudæus.
Hugo à sancto victore.	Gregorius Nisenus e
Ricardus à sancto victore.	huius notæ alij.
Glossema ordinarium.	

L I C E N C I A T I B O
nificaj a Mata epigrāma
ad lectorem.

*¶ Sydera cernentem fulgentia nocte serena
Si quando raptum te deus auctor habet:
Præterea Phœbo si consurgente fugari
Astra videns, Magni diligis acta dei:
Diligis acta dei, flagrasq; cupidine cœli,
Corrigis et vitæ crimina foeda tuæ:
Hic maiora legens celsi miracula patris,
Exulta et cœli gaudia lætus ama.
Aspicias noctem lunæ splendore micantem
Cingeturq; astris Cynthia clara suis,
Sydera sunt solis veri prænuntia Christi
quo veniente iubet vertere terga pudor,
Multa liber numerat regis simulachra perennis,
Nox ea, sed nox est non tenebrosa tamen.
Mox aderit Phœbus facie vultuq; nitente
diffugient umbræ, quas volat ire procul.
Percipe, quisquis eris, sensus, et verte figuras,
Arcanosq; aditus, ne vereare precor.
Describens noctis describens facta dici
Franciscus meruit nocte dieq; legi.*



Or quanto por parte de vos el Doctor Aulla, Canonic
en la Colegia de Bejmonte, nos fue hecho relacion dizen
do, que vos auades compuesto vn libro intitulado Figu
re Bibliorum, que era vtil y prouechoso: en el qual auia
des pasado mucho trabajo. Y nos pedistes y suplicastes, que pues era
obra de tanta vtilidad y prouecho, vos mandassemos dar licencia pa
ra lo poder imprimir, y privilegio para que ninguna otra persona se pu
diese imprimir ni vender, o como la nuestra merced fuese: lo qual vi
sio por los del nuestro consejo, y como en el dicho libro se hizo la di
ligencia, que la pragmática aora nuevamente hecha dispone, fue acor
dado que deulamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon,
y nos tuuimos lo por bien. Por lo qual vos damos licencia y facultad
para que vos el dicho Doctor Aulla, o la persona que vuestro poder
especial para ello tuviere y no otra alguna, pueda imprimir y ven
der el dicho libro, (que de fuso se haze mçcion,) en estos nuestros rey
nos: por tiempo y espacio de diez años primeros siguientes, que se
cuenten del dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante. Sopena
que qualquiera persona, o personas, que sin tener para ello nuestro po
der lo imprimieren, o vendieren, pierdan toda la impresion que ha
zieren, o vendieren, y los moldes y aparejos della, y mas incurran en
pena de cinquenta mill maravedis: por cada vez que lo contrario ha
zieren. La qual dicha sea la tercera parte para el juez que lo sentenciar
e, y la otra tercera parte, para la persona que lo acusare, y la otra ter
cia parte para nuestra camara y hico. Con tanto que todas las vezes
que lo oviere des de hacer imprimir durante el dicho tiempo de los
dichos diez años, lo traygays al nuestro consejo, juntamente con el
original que es el suyo, que van fabricadas todas las hojas, y tra
mado al fin del de Juan Fernandez de Herrera nuestro escriuano diez
maras, de los que venden en el nuestro consejo. Para que se vea si la di
cha impresion esta conforme a lo que se es de licencia para que lo po
days vender, segun de que se hizo en las penas contenidas en la
dicha pragmática, y leyes de nuestro reyno: Y mandamos a los del nue
stro consejo, y a otras qualquiera personas de estos nuestros reynos y
señorios, guarden y cumplan y cumplan, y hagan guardar y cumplir,
y executar esta nuestra cedula, y su enula e contenido. Dada en Madrid
a diez y siete dias del mes de A. p. no. de. 1574 años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad Antonio de Exalto



Y O' Iuan Fernandez de Herrera, Eſcrivano del Conſejo de ſu Mageſtad, doy fe, que auiendo ſe presentado ante los dichos ſeñores, por parte del Doctor Francisco de Auila, Canonigo de la Colegial de Belmonte, vn libro intitulado Figure Bibliorum, ſe le dio licencia para lo poder imprimir, con que deſpues de impreſo ſo truxeſſe a corregir y taſſar ante los dichos ſeñores: Y auiendo lo impreſo viſto por los ſeñores del conſejo de ſu Mageſtad, le taſſaron y dieron licencia para que lo pudieſſe vender, en ochenta y quatro marauedis cada volumen en papel, que es a razon de tres marauedis cada pliego. Y mandaron que en cada vno de los dichos libros ſe imprima eſte teſtimonio de taſſa, porque aſi conſte, di la preſente fee. Que es fecha en Madrid a veynete dias del mes de Agoſto de mil y quieſientos y ſetenta y quatro años.

Iuan Fernandez de Herrera.

Fo. 1.

FIGVRÆ BIBLIORVM VETERIS TESTAMENTI, QVIBVS NOVI VERITAS PRAEDICATUR & adumbratur, opus Concisionatoribus a prime vtilis. Inſtituta Doctōris Francisci de Auila, Canonici Belomontani elaboratum.

STAMENTI, QVIBVS NOVI VERITAS PRAEDICATUR & adumbratur, opus Concisionatoribus a prime vtilis. Inſtituta Doctōris Francisci de Auila, Canonici Belomontani elaboratum.

tur & adumbratur, opus Concisionatoribus a prime vtilis. Inſtituta Doctōris Francisci de Auila, Canonici Belomontani elaboratum.

elaboratum.

CHRISTI FIGVRÆ



INTER veteris testamenti patres, qui Christū Iesum aeternae salutis autorem in pluribus exprimere mihi visi sunt, Isaac est patriarcha Abrahami viri sanctissimi & nobilissimi filius, imprimis quod praeter communem natiuitatis rationem natus sit. Nam Sara mater eius ad eam peruenit senectutem, cui vel impossibile videbatur concipere posse. Ita ut mirata ipsa, ac veluti Angelicis promissis diffidens, cum filius illi promitteretur, dixerit, risum mihi fedit dominus, in quo admirabilis Christi ex virgine natiuitas praemonstrata

A strata

strata est. Neq; enim fieri posse humana conditio
arbitratur, vt conciperet virgo, eademq; illa sa pa
reret. Idem vcluti imagine quadam Christi nobis
ad mortem Crucis obedientiam, & à mortuis res
surrectionem expressit, quando mirabili patiētia,
& animi promptitudine se se obtulit patri, vt, si
cut Deus præceperat, immolaretur, ac postea cum
denuntiante Angelo vita donatus est, & aries in
ter vepres cornibus hærens in sacrificium oblatu.

Christi pas
sio.
Origen. par.
1.
Philip. 2. in
Eucher. in
Gene.
Aug. cōt. ma
xi. au. episc.
lib. 3. cap. 26

Quid enim Isaac patri obediens ac patienter de
illius manu mortem ferens? nisi Iesus seruator no
ster, qui humiliavit semetipsum factus obediens vs
que ad mortem, mortem autē Crucis? Quid aries?
nisi purissimum & sanctissimum eius corpus, iux
ta quod mori poterat? Quid vepres? nisi huius
mundi afflictiones, fames, sitis, lassitudo, tristitia,
dolor, cæteraq; id genus naturæ nostræ incommo
da, quibus subiiciebatur? Quid arietis hærentia
vepres cornua? nisi patientia, longanimitas, fir
mitas, & constantia, cæteraq; illustres animi sui
dotes, quibus excipiebat aduersa omnia, neq; exci
piebat tantum, sed sustinebat, & viucebat? Quid
ignis, quo combustus est aries? nisi Christi summa
erga nos miseros homines charitas, que ita in eo
incensa est, & efferebuit, vt vitam pro nobis expo
suerit, eiusq; dispendio nostram recuperauit? Quid
ligna? nisi crucis lignum, quod humeris suis pro
nobis

Augu. cōnt.
Faust. lib. 18
cap. 6.

nobis gestauit Iesus? Quid occisus aries, & viuus
Isaac? nisi mortuum Iesu corpus nihil diuina eius na
tura patiente, quæ etiam fecit, vt mortuum cor
pus ad vitam resurgeret immortalem? In hoc nostro
Isaac verè completæ sunt promissiones Abrahamo
factæ, in eo siquidē benedictæ sunt omnes gētes ter
ræ, cum Apostolorum doctrina & prædicatione ab
iecerunt idōla, quæ adorabant, & in quibus confide
bant, abiecerunt vana & superstitiosa maiorū suo
rum instituta, ritus, ac leges, abiecerunt superbiam,
auaritiam, iram, & reliquas animi pestes, & fluxa
hæc ac innania mūdi bona contēpserunt. vni Christ
o adherentes, & eum super omnia diligētes, qua
benedictione nulla potest excogitari maior. Nam
& qui formata fide Christo infiti sunt, non erunt
hæres: terræ Palestine, quæ olim carnales Israe
litæ possederunt, sed illius cœlestis patriæ, vbi nihil
desideratur, eo quod omnium satiata sit fames, ses
data sitis, vbi veri habitant Israelitæ, in quibus do
lus non est.

Fuit etiam & Moses vmbra quedam & figura
Iesu Christi, & in admirandis illis operibus ac p̄s
officijs, quibus vsus est, vt Israelitici populi vitæ ac
cōmodis cōsuleret, qui misera Aegiptiorū seruitu
te tenebatur, mira nostræ religionis mysteria sunt
præsignata, Moses igitur Israeliticum populum ex
Aegipto eduxit, qui misere captiuus sub Pharaone

Aug. tom. 16

Gen. 22.

Moses Chri
sti figura.

Exo. 12.

Christus hunc
anigenis li
berator.

Origen. pars
te. I.
D. Aug. de ec
clesi. do.
cap. 3.
Emissen. de
vit. Moiss.

Christus suo
rum in cele
stem patriam
ducit.
Christi doctri
na, & illius
virtus mira
bilis.

erat, adumbrans Iesum Redemptorum nostrum, qui humanum genus à tenebris errorum, à turpi peccatorum seruitute, & diaboli crudeli tyrannide liberauit. Sub quo carnis opera exercēs lateres etiam coquebat. Huiusmodi. n. sunt terrena opera omnia, vt honores, diuitiæ, voluptates, & similes sollicitudines, quibus vexantur, & affliguntur, qui se se mundo, carni, aut demoni manciparunt. Moses per asperione sanguinis immolati agni ab ira percutientis angeli hebræorum primogenitos liberos reddidit, quam non effugerūt primogeniti ægyptiorum. Deinde cum in deserto moraretur, vituli effuso sanguine, & populum Deo consecrauit, & confirmauit testamētum ab eo datum, Christū apertissime præmonstrans, & magnificam illius inbus manum genus clementiam prædicens. Qui proprio sanguine (ò miram amoris vim, & inauditam pietatem) redemit nos à vindicta diuinæ iustitiæ cunctos ad eternā mortē exigētis. Populum Christianū inuicem patri, & nouo ac eterno testamēto cælestem hereditatē (si tamē illius iussa seruari contulerunt) confirmauit. Moses per viā deserti Israeliticos ducebat, ac diregebat exercitus, prælucente illi ignis columna nocturnis intenebris, & nube obumbrans te cū illucebat dies. Christū præfigurans, qui euāgelica doctrina eiusq; obseruatione fideles suos ducit in Cælum. Euangelij. n. vna vis est (vt optime

conspic

consideranti constabit) emētibus tenebras pellerē, corda luce perfundere, animos charitate erga Deū & proximum accendere, & hanc eius virtutem ac vim columna ignis designauit. Altera est protegere nos, ne iudicij Dei ardore consumamur, neq; carnalis cōcupiscentiæ aestu turpiter inflamemur, & hanc rosca adumbravit nubes, quæ pergentibus ad palestīnam non tantum viam ostēdebat, sed & refrigerium præstabat.

Moses virgæ icū Rubri maris vndas discedere fecit, & viam aperuit, qua secuti, sicisq; pedibus incederent Israelitæ, vt veluti renati essent, cum ad alteram maris ripam peruenissent, Christum præostendens impartietem spiritum suum ijs, qui sacro baptinastis forte sunt intincti, vt gratia sua iustificati transcant ab æterna peccati & damnationis morte ad vitam gloriæ cælestis eternam, & iuxta interiorē hominem renas cantur, ac regenerentur in spem gloriæ, quæ præparata est filijs Dei.

Moses, cum serpentium moribus misere afflictum ac pereuntem videret populum, æneum erexit serpentem. Qui) & si venenati serpentis speciem haberet, ad eò veneno carebat, vt conijcētes in eū oculos à lethali morsu & veneno liberaret, præsignās Iesum immortalis salutis autorem, qui, ac si peccator esset, & iniustus, cruci affixus est, & in eam exaltatus. Vnde Paulus, factum pronō

A 3

bis mas

Exo. 14.

Baptismus.

D. Aug. de
tri. lib. 3. ca.
10. & in euā
ge. Joā. tra
cta. 5.

Num. 21.

Christi crux

Tertuli. lib.
aduers. man.
3. Dama. li.
2. ad. ortho.
Galat. 3.

bis maledictū esse, dixit. Absuit tamē intantū à peccato, ut omnium peccata deleuerit, & vnica fuerit medicina ijs, qui antiqui serpentis morsu peribāt, dummodo viuā formatāq; fide in eum oculos conspicerent.

Lex Christi

Sub Mose Israeliticus populus inscriptam lapideis tabulis suscepit legem, qua Dei seruus effectus illius multis, ac poenis, à patrandis sceleribus se coercerebat. Nos vero sub Christo caelesti & aeterno rege legem suscepimus suauissimam, & amoris ac beneuolentiae plenam, non quae tabulis scriberetur lapideis, sed quae cordibus, non quae seruus efficeret, sed quae liberos. Est. n. summa libertas, & plus quam regia nobilitas Christo seruire. Hac edocui Abba pater audemus clamare, hac instructi, & filios nos esse Dei & heredes, ac, iuxta Paulinū verbum, coheredes Christi nos esse censemus, nec decipimur.

2. Cor. 3.

Galat. 4.
Roma. 8.

Eucharistiae
sacramentū.

Exo. 16.

Mose duce Israeliticis cohortibus fame iam fatigatis ac prope deficientibus, diuina bonitas, quae suis in labore & amaritudine constituitis clementissimè prospicit, manna depluit caelestem cibum, omni gustui ac modum, omnis saporis suauitatem in se habentem. Christus in symbolum ineffabilis cuiusdam amoris, quo nos male de se meritos semper est prosecutus, non mana, sed, quod dignius hac voce est (sonat. n. haec vox man hu, hebraeis, quid

quid est hoc?) sanctissimum suum corpus dedit in cibum, quo felicissimè nostris animis succurrit, ut eo refecti gnauius & diligentius caelestem patriam adeamus.

D. Aug. de v. tit.agen. pe. nit. cap. I.
D. Theod. in cant.
Christus pacificator.

CHRISTI OPTIMI MAXIMI figura Salomon.

SALOMON etiam in pluribus Christi fuit expressissima imago & figura, imprimis quod dictus sit rex pacificus, in quo Christum assertorem nostrum mirū in modum expressit. Qui ignē. i. pacē & amorē mittere venit terram, qui factus est propiciatio pro peccatis nostris, qui pax est nostra, qui fecit utraq; vnum, interficiens inimicitias in semetipso, & euāgelizans pacem ijs, qui longe erant, & ijs, qui prope, qui nos patri inimicissimos in semetipso reconciliauit, ut Paulus caelestis doctrinae vas electum asseruit. Extruxit etiam Salomon templum augustissimum, cuius in hunc vsq; diem durat nomen, & durasset fortasse aedificium, ni eius destructionem & desolationem permisisset Deus in vindictam nephariae gentis. Extruxit (inquam) illud è sectis pretiosisq; lapidibus, lignisq; cedrinis, Christum adumbrans: qui extruxit ecclesiam viuus ex

Origen. par. 10. 2.
Eph. 2. & Rom. 3. & 5.
I. Ioā. 2. et. 4.

Colos. 1. & Ephe. 2. 3. reg. 6.
Eucheri. in. 2. reg.

Ecclesia Christi.

Hug. in 3. re
g. li. 7. c. 5.

1. Pet. 2.

Eph. 2.

2. Reg. 7.

lapidibus euangelica securi perpolitis, ex odoriferis Christianis, & quos cedro similes nollet carie peccati corrumpi, vt autor est Petrus celestis huius structure firmissima petra ac basis, inquit, Cum de Christo vnico & vero Salomone verba faceret, ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatur, à Deo autē electum & honorificatum, & ipsi tāquam lapides viui superaedificamini. Cui respondet Paulus, iam nō estis hostes & aduē, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei superaedificati super fundamentū Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coaedificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto. In hac ecclesia regnat, regnabitq; in eternum. Nam & si finem sit habitura militaris ecclesia, perpetuò durabit triumphās. Sicq; & adimplebitur diuina pollicitatio, quæ facta est Dauid per Natham prophetā, fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsq; in eternum ante faciem meam.

DAVID CHRIS
ti figura.

DAVID, cum fratrum suorum esset minimus, ac ideo pecudum pastus & custodias

di & deputatus, quiq; non erat proceras statura, vt reliqui fratres, diuino consilio & iussu electus est, & vnctus in regem à Samuele propheta, populusq; Israëlítico prefectus. Quem ita Deus est alloquutus, & pramonuit, ne respicias vultum eius, neq; altitudinem staturæ eius, quoniam abiici eum, quoniam non iuxta intuitum hominis ego iudico, homo enim videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor. Is Christum regem, eiusq; sanctissimam vocatione præsignauit, ita se ipsum appellat. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem factū eius. Ita eum appellauit Zacharias suorum oraculorū. 9. Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, iustus, & saluator ipse, pauper, & sedens super asinam. Ex quibus planè intelliges, eum nō fuisse terrenum regem, nec illius regiam dignitatem terrenam, etiam si omnium, quæ sunt, fabricator fuerit & conditor, ac per ins de omnia sint sua. Nam si terrenus esset rex, longè diuerso modo prænunciaretur, ac describeretur à prophetis, nec omnis illius apparatus esset spiritalis. Fuit etiā Christus vnctus nō oleo ex Samuels cornu sumpto, vt terrenus Dauid, sed spiritu sancto. Audi Esaiæ vaticinium sub nomine & persona mesie. Spiritus domini super me, eo quod vnxit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer cōteritis corde, &c. hoc est oleum illud sanctum

Aug. sermo.
197.

1. Reg. 16.

Christ⁹ rex,
Psal. 2.

Zach. 9.
Matth. 21.

Esai. 61.

Psal. 88. sanctum, de quo loquitur dominus. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum, cuius verba, quae sequuntur, si quis expendat, cognoscet aperte, Christo potissimum illud fuisse accommodatum. Nam profecit inimicus in terreno David, & filius iniquitatis apposuit, ut noceret illi, quando concitauit eum, ut superbo animo populum numeraret, & in adulterium cum Bersabe induxit, est igitur unctio Messiae plenitudo spiritus sancti, quam videns Ioanes inquit, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiae & veritatis. Idem inquit. Non enim ad mensuram datus est illi spiritus. Vnde & ipse Seruator, ut scripsit Lucas, monuit Iudaeos Nazareth inhabitantes, in eo esse completum vaticinium, quod ex Esaiâ retulimus. Hinc plicato libro dixit, hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris.

**Christus pas
sor.**

2. Reg. 14.

Quemadmodum autem David regia dignitas Christi regiam dignitatem praesignauit, ita etiam & sollicitudo, quam, cum pastor esset, in custodiendis pecoribus habuit, Christum pastorem & eius in humanum genus sollicitudinem amoris plenam praedixit. David in tantum sui gregis commodis consulebat, ut sui penè obliuisceretur, Nec contentus, quod limpidissimam illi quarebat aquam, pasuaeque salutifera, & fesso gratissimam umbram, assidue & noctis frigore, & diei

diei aestu cum circubat, ne à feris, quae illic erant, fauissimè impeteretur. Quod si quando Leo aut Ursus irrumpebat in gregem, in uulso quodam animo eos aggrediebatur, & celeritate cursus, quae illi mirabilis erat, eos anteibat, ac apprehendens dilacerabat, ne rursum saltum facerent in gregem. Etiam & cantu, & lyra pascentes mucebat oues, ut alacrius & auidius pascerent, in quo mira in humanum gregem Christi philanthropia, & inaudita charitas adumbrata est. Fuit enim pastor, & saepius à patre hoc nomine promissus. Ita Ezechiel. Suscitabo super eos pastorem unum, qui pascat eos, seruum meum David, id est Christum ex semine David. Vnde & sub persona ecclesiae, nos autem populus tuus, & oues pascae tuae. Ispasua suo gregi quaesuit uberrima, qualia in terrestri paradiso non fuissent, nam praeter eloquia sua, quibus pinguescunt Christianae oues, corpus proprium in cibum, sanguinem in potum dedit, fessis Crucis umbram praebuit, ligni vitae arborisque salutiferae. Demulsi etiam innumeris sollicitationibus, quibus referta sua lex est, si eam seruassent, quibus nulla suauior lyra, fugauit feras, utpote animi elationem, inuidentiam, ingluuiem, ignorantiam, ac rugientem dilacerauit Leonem. Vnde nisi sponte se dedere velint oues, & Sathanae suggestionibus & operibus annuere, tutissimae

Cap. 54.

Psal. 78.

Ican. 6.

Ican.10. *tutissima sunt huius pastoris cura & sollicitudine. Hinc videns Christus, quam plenè expleisset, siue quæ vetera oracula promiserunt, siue quæ pastores sanctissimi in semetipsis adūbrarunt, se ipsum pastorem bonum appellat, inquit. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscūt me meæ. Et rursum. Animā pono pro ouibus meis.*
 Hebræ.12. *Vnde Paulus Hebræis scribens eum appellat magistrum pastorem ouium. Et Petrus, cōuersi estis, inquit, nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.*
 I.Pet.2.

MOSES ET IOSSUE
Christi figura.

Christus suo
rū opere &
sermōe dux.

Tert.lib.ad
ner. iudæ.
Theodo. in
Deut. & in
fil.Na.

Ioan.8.

PRAMŌstratus fuit Christus in duobus Israëliti
 tici populi ducibus Mose & Iossue, quorū al
 ter, utpote Moses, dux fuit, dum per viam deserti
 incedebat, alter vero, cum terrā promissionis erat
 ingressurus. Est enim Iesus humani generis assers
 tor, dux noster, dum in hac mortali vita degimus,
 & vallem hanc lachrymarum incolimus, nec ut
 cunq; dux, sed sermone & opere dux, quo ducas
 tu nullus potest excogitari melior nec conuenien
 tior. Ita ipse, ego sum lux mundi, qui sequitur me,
 non ambulat in tenebris, sed lumen habebit vitæ.

Quod

Quod & Philippo interrogati respondit. Percon
 tatus est Philippus, & quomodo possumus viā sci
 re? cui inquit. Ego sum via, veritas & vita. Vnde
 & Zacharias in cantico, quem adidit pro gratias
 rū actione, ita loquitur. Per viscera misericordiæ
 Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.
 Illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis
 sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pas
 cis. Vnde & Paulus, inuitauit nobis viam nouam,
 & viuentem per carnem suam in sanguine suo.
 Fuit etiam opere dux, nam cœpit facere & doce
 re. Semperq; illius vitæ adorāda sanctitas, purissi
 mæ suæ doctrinæ fuit assertrix & confirmatrix,
 nec vlla vnquam inuenta est dissonantia, quia nec
 peccatum fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.
 Nam si modestiam animiq; submissionem predica
 bat, & discipulorum pedes lauit, & (vt ipse in
 quit) sicut minister inter eos extitit, & ministras
 re venit, non ministrari. Si mansuetudinem suffe
 rentiamq; animi, cum malediceretur, non maledi
 cebat, cum pateretur, non cōminabatur, & genas
 tradidit vellentibus, faciem à conspuentibus non
 auertit, & sicut agnus ductus est ad occisionem.
 Si paupertatem rerumq; abdicationem, quæ impe
 dimento esse possunt in cælum pergentibus, ita
 eam amauit, & amplexus est, vt de se, qua solet
 veritate, dixerit. Vulpes foueas habent, & volu

Ican.14.

Lucæ.1.

D. Aug. ser.
106.

Hebræ.

I.Pet.2.

Ioan.13.

Luc.22.

I.Pet.2.

Esaï.50.

Luc.9.

et c.

eres cœli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Ac ita Paulus, cum de co loqueretur, dixit, cū diues esset ex omnibus, pro nobis egenus factus est. Quæ satis ostendunt, ducem fuisse, esseq; nostrum & opere & sermone, dum in hoc vitæ deserto degimus, est etiã & dux eorū omnū, qui cœlestem Palestinā sunt ingressuri, quod fuit in Iosue præsignatum. Nam nulli vnq; ad cœlum aditus patuit, neq; patebit, siue eorum qui fuerūt, siue eorum qui sunt, siue eorum qui seculis erunt futuri, nisi Iesu duce. Is nos inimicos patri reconciliavit, is ira filios gratiæ reddidit, is viam aperuit, quam peccatum recluserat, nec est aliud nomen, in quo oporteat nos saluos fieri, nec in aliquo alio salus, neq; vllus palmæ fructum patri gratum tuus, nisi in hac vite, neq; ovis salua nisi hoc pastore, neq; miles nisi hoc duce. Vnde Iohannes, qui credit, iam iudicatus est. Et idē, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Aduertendum tamen est propter huius temporis deplorandas calamitates, quo tot philistæi Isaac sanctissimi nostri limpidissimos puteos terra opplent, eius scripturas, earumq; sacrosensus in nepharios suos abusus detorqueutes. Quod si quando fidei videamur animorum iustificatio nem tribuere, intellectum id volumus, vt romana intelligi

2. Cor. 8.

Tertul. lib. aduer. mar. 3.

Origē. par. I.

2. Cor. 5. & colos. I. Rom. 10. & Acto. 4. Ioan. II.

Ege. 26.

intelligit ecclesia, qua matre gloriamur, & à cuius sanctissimis & iustissimis institutis nec pertrāserum vnquam diuini spiritus ope discedemus.

CHRISTVS DOCTOR IN Iesu filio Sirach.

FVIT CHRISTVS Redemptor noster, cui octauo ab ortu sui desideratissimi die impositum Iesus nomē, quod præmonuerat antea angelus, vt nomen beneficio responderet, quo erat vniuersum hominū genus affecturus, erat siquidē facturus saluum populum suū à peccatis eorum. Huius nominis meminit Abacuc in persona fidelis populi, ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Meminit & Zacharias, & ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum, fuit (inquam) in tribus præfiguratus, quibus felicissima quadam sorte huiusmodi nomen contigit. In Iesu Naue, qui dux fuit Israeliticæ multitudinis, cum terram promissionis ingrederetur. Et in Iesu filio Iosedech sacerdote magno, qui domino templum reedificauit. Et in Iesu filio Sirach, qui fuit excimus legis doctor. De duobus egimus, & cū eū fuisse hostiam & sacerdotem ostendimus, & cum ducatum præstare probauimus omnibus cœlestem patriam

Christus dicitur uincit sapiens magister.

Mar. I.

Abac. cap. 3. Zac. cap. 3.

D. Aug. tom. 4. cont. faul. lib. 12. ca. 36. Eccle. 49.

patriã ingressuris. Super est, deterior a gamus, qui
 mirè expressit cœlestem hunc nostrum doctorem.
 Nam si docuit, & scripsit ille legē, docuit, & scri
 psit iste legem immaculatam conuertentē animas.
 De qua Dauid. Lex domini immaculata conuers
 tens animas, testimonium domini fidele sapientiã
 præstans paruulis, iusticiã domini recte letificans
 tes corda, præceptum domini lucidū illuminas oclu
 los, iudicia domini vera iustificata in semet ipsa,
 desiderabilia super aurum & lapidem preciosum
 multum, & dulciora super mel & fauum. Et idē,
 bonum mihi lex oris tui super millia auri & argē
 ti. Scripsitq; eam diuini spiritus digito ac manu
 in humanis visceribus. Nec siluerūt propheta hūc
 nostrum doctorem. Ioel cum appellat doctorem ius
 titiæ, filia Sion, inquit, exultate, & letamini, quia
 dedit vobis Deus doctorem iustitiæ. Et in eius per
 sona. Esaias sic est præloquutus, spiritus domini
 super me, eo quod vnixerit me, ad annunciandum
 mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, vt
 prædicarem captiuis indulgentiã, & clausis aper
 tionem, vt prædicarem annum placibilem domi
 no. Et consonat Dauid vaticinium, ego autem
 constitutus sum Rex ab eo super Sion
 montem sanctum eius præ
 dicaus præceptum
 eius.

Psal. 18.

Psal. 118.

Ioel. 2.

Esa. cap. 61.

Psal. 2.

Lapis

 LAPIS IACOB,
 figura Christi.


BVIT etiam Christus præsignatus in
 lapide, quem erexit Iacob in titulum eo
 in loco, vbi quiescens scalam in somnis
 viderat, quæ celos attingebat, per quã
 vidit etiam ascendentes descendentēsq; Angelos,
 super quem oleum fundens dixit. Verè dominus
 est in loco isto, appellavitq; nomen loci illius Be
 thel. Quid enim lapis ille oleo circumlinitus? nisi
 Iesus Christus Spiritu sancto vnctus, quem non ad
 mensuram dedit illi pater? Cuius tâta est soliditas
 ac firmitas, vt ipsi inuitens mirabile ecclesie tem
 plum ruinam non sit facturum, etiam si ventorum
 onium impetus in id vana irruant. Ita placet
 appellare sceleratorum hereticorumq; hominum
 errores, qui vêtis similes nunc huc, nunc illic stant.
 Irruant etiam fluctibus exuberantia flumina, ijs
 enim similis mihi videtur misera cæcãq; plebs, quæ
 illorum peruersis iudicijs rapitur. Hinc illa Apo
 stoli doctrina, super edificati estis supra funda
 mentum Apostolorum & Prophetarum ipso sum
 mo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis
 edificatio constructa crescit in templum sanctum
 in domino. Et illa, fundamentum autem aliud ne
 mo potest ponere, præter id, quod posuimus est,

Gen. 28. 11

 Christus ecc
 lesiæ confi
 tor & funda
 mentum.
 Aug. tom. 3.

 D Theod. in
 Gene.
 D. Greg. lib.
 Moral. 5. ca
 pit. 21.

Eph. 2.

1. Cor. 3.

B quod

quod est Christus Iesus. & ante hos Esaias. Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, preciosum in fundamento posito. Lapis hic ita solidus erigitur in titulum, cum positus est in salutem credentium, & concessum illi nomen, quod est super omne nomen. Mutatum est loci illius nomen, & appellatum Bethel, quod sonat domus Dei, quia & nobis per Iesu gratia & nomen immutatum est, & est seruis peccati liberi facti libertate, qui nos donauit Christus, est seruis (inquara) facti filij, & est pccnis destinatis destinati glorie, est tenebris facti lux. Hac omnia Paulus: Gratia autem Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi estis, liberati autem à peccato serui facti estis iustitiae. Et idē: Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autē filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autē Christi. Si tamen cōpatimur, ut & conglorificemur. Ac rursum: Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Nonne, qui huiusmodi sunt, & vitam viuunt ineffabili hoc beneficio dignam, nomen mutant, & Bethel, id est domus Dei merito dicuntur, cum eos per gratiam inhabitet supernus hospes? Scala euangelicam sapientiam praefigebat, quae seruantibus eam scala facta est ad caelum, & in qua sancti homines vitae

puritate

puritate angelis similis die ac nocte integro cor de meditantēs, nunc ascendunt perennia illa bona meditantēs, quae praeparauit Deus diligentibus se, nunc descendunt, aut beneficia cogitantes, quae nobis Deus per suam clementiam largitur in terrarum: aut vitae quietatem, corporis sosciculum breui decedendum, diuitiarum dolos: honorum immunitatem, & reliqua in de cilla fluxūq; bona, quae admittatur decepta plebs, aut cum visu, siue quod certius est, & tantis viris dignius, cum lamento considerantes.

Psal. I.
D. Aug. sc.
79.
I. Cor. 2.

CHRISTI COPIOSA DONA

in petra aqua scaturienti.



VIT etiam & Christus designatus in lapide, è quo aquae abundanter fluxerunt ad titulum virgae Moysis, quibus se data fuit Israelitarum sitis, & refecti qui iam praesentis prope deficiebant. Fuit enim lapis, et diximus, manifesta Christi umbra. Ita Paulus diuinus legis interpres: bibebant autem de spiritali eos consequente petra: petra autem erat Christus. Virga, cuius ictu mirabiles aquarum riuus fluxerunt, immensam Dei erga nos significat uicem charitatem. Qui ita dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. E quo co-

Christus sapientis fons
D. Aug. de
uita. ag. c.
penit. cap. I.
I. Cor. 10.

Ioan. 3.

piofissima gratiarū dona in eos omnes manarunt,
ac deriuata sunt, qui illi vina fide inhaſſerunt. Il-
lis reficit nos afflictoſ, & vexatos eſtu carnis, ille
cebris mūdi, ac demonis fallacijs, de illius plentus
dine nos omnes accepimus: ac ideo noſtræ ſalutiſi-
tientiſſimus, cū perpetuus eſſet fons, & gratia ſca-
turigo, clamat: qui ſitit, veniat ad me, & bibat. Ex
preſſit huius aque ſalutarem potum, cum Samaris-
tana mulieri dixit: qui biberit ex aqua, quam ego
dabo ei, non ſitiet in æternum. Vnde (quod ad has
aquas propenſiſſimè homines non accedant, cum
puriſſimæ ſunt, & in eis, qui eas bibunt, præterquā
quod ſitim extingunt humanarum rerum, diuina
rum excitant, ſiant fons aquæ ſalientis in vitam
æternam) conqueritur acerbiffimè per Eſaiam
Deus, inquiring. Obſtupescite cæli ſuper hoc, &
portæ eius deſolamini vehementer, duo enim ma-
la fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem
aquæ viue, & ruperunt ſibi cisternas, cisternas
diſſipatas, quæ continere non valent aquas.

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Eſai. 30.

CHRISTI INCARNATIO
in Moysi manu.



XO. XIII. Moyses, vt populum
ex graui tristiq; Pharaonis seruitute
educeret, auxilio vsus est dexterae com-
mutate,

mutate, virgæq; in serpentē verſæ. Quo mysticè
ſignificatū nobis eſt ſanctiſſimæ incarnationis my-
ſteriu, quo filius æterna patris ſapientia vsus eſt,
vt populu e peccati ſeruitute liberaret. Nec id cui-
piam mirū videri debet, cum nec prophetica, nec
cu angelica doctrina diſſonet. Prophetæ dextera
excelli mutatione huiusmodi mirabile myſterium
appellat. Nam & ſi diuina natura, mutari non
queat, tamen cum deſcendit, vt noſtram naturam
indueret, mortalis homo factus eſt Deus, paſſibilis,
hiſq; ſimilibus noſtræ naturæ in eodem modis ſubiectus
cumq; vt cōſamarētur omnia, tot Chriſtus ſuppli-
cia paſſus extremum in Cruce pateretur, tam erat
illius immutatus aſpectus, obſcurata pulcherrima
facies, iſtum verberibus corpus, vt præuidens illud
Eſaius afflictuſ dolore dixerit. Vidimus cū, & non
erat aſpectus. At verò poſtquā languores noſtros
portauit, & ſuo nos ſanauit, dextera domini, quæ
fecit virtutem, dextera, quæ nos exaltauit, cælos
aſcendēs & noſtrā naturam in ſinum reduxit, ſic
enim appellare placuit patris dextera, cui aſſidet,
tunc glorioſus, impaſſibilis, immortalis fuit ſine vl-
la omnino humane calamitatis lepra. Virgæ autē
in ſerpentē conuerſio, non eſt, q. quem piā contur-
bet, ſi eā incarnationis myſterio acōmodabimus.
Nā & ſi huiusmodi animal parū ſacris literis ac-
cōmodam videatur, tamen eadē literæ illius imagi-

Emilin.

Chriſtiſſimar
partē.
Emil. lib. de
vitalib.
Pſal. 76.

Eſa. 55.

Pſal. II. 7.

Num. 21.

Ican. 3.

Galar. 3.

Iai. c. II a.
Cap. 5 a.
Psal. 2.

Psal. 22.

nem non sunt aspernata, cum de Christo dicant: Sic
cut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic oportet
exaltari filium hominis. Et Christus, qui nostram
non est dedignatus naturam, non est dedignatus pro
nobis fieri (quod dixit Paulus) delicta, ut propter
peccatum. Nec minus serpentis imaginem significari,
indignum illi videbitur, si eo modo, quo ista intelli
gi debent, intelligantur. Nec enim cum serpens di
citur, venenum habet, sed antidotum in venenum. Nec
inficit, sed proficit, serpentesque alios a magis Phas
raonis, carne ut propter mundo, factos consumit,
et destruit, utque humano generi, quod antiqui ser
pentis veneno ac morsu peribat, subueniret, et tras
iectoque iam in viscera veneno liberaret, sicque viua
fide, coniectisque in hunc sapientissimum saluberris
mumque serpentem oculis sanarentur. Conuerti dis
citur in virgam, cum delinquentes corripit, flag
gellat, et castigat. Ita Esaias: Percutiet terram
virga oris sui. Et Thre. 3. In virga indignatio
nis eius. Et Dauid: Reges eos in virga ferrea. Et c.
Etiam cum consolatur eos, qui a recta virtutis viam
illius amore sunt ingressi, in qua tot subcundi labo
res sunt, tot superanda pericula, tot vincendi hostes.
Vnde Dauid inclytus vates diuina opere in hisce la
boribus adiutus aiebat. Nam et si ambulauero in
medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu
mecum es. Virga tua et baculus tuus ipsa me cons
solata.

solata sunt. Huius virgæ frequentissimus est Chris
ti usus. Hic, in captiuitate Thobiaz, in lacu Danies
lem, in exilio Mosem, in fuga Eliam, in carcere Io
seph consolatus est. Nouit enim suos de tentatio
ne eripere. Sicque illius oculi super iustos, et aures
eius in preces eorum, voluntatemque timorem se fa
cit et preceationem eorum exaudit, et saluos facit
eos. Custodit enim dominus omnes diligentes se. Sicque
illi chari sunt, ut dicat, qui toties id experimento
nouerat, Dauid, clamauerunt iusti, et dominus ex
audiuit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum
liberauit eos. Iuxta enim est his, qui tribulatio sunt
corde, et humiles spiritu saluabit. Multa tribula
tiones iustorum, sed ex omnibus his liberabit eos
dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum
ex his non conteretur. Sic sunt illi curæ: sic suis os
manibus rebus prospicit, sic facit cum tentatione
prouentum: ut sustinere possint.

Dani. 6.
Ezod. 3.
Gen. 4. 0.

Psal. 14. 4.

Psal. 55.

Psal. 55.

I. Cor. 10.

CHRISTI INCARNA
tio in Vase nouo.

VARTO REG. II. Dixerunt
ad Eliseum propheta[m] viri Hierico: ha
bitatio ciuitatis huius optima est: sicut
tu domine prospicis: aque autem pessime, et terra steri
lis. Qui vas nouum sibi offerri iussit: et in illud sal

Christi inc
carnatio.

Greg. 17. 9. mitti, quo in fontes aquarum effuso, non fuit am-
tu Iob. c. 32. plus in aquis mors, neq; in terra sterilitas. In quo
nostra salutis maiora mysteria planè vidètur ads-
umbrata. Erat enim terra habitatio optima, ita vt
mundi opere mirabili iam perfecto, illius opifex
Deus illius pulchritudinè & ornatu contemp-
lans dixerit, vidisse se cuncta, quæ fecerat, esseq; valde
bona. Sed aquæ pessimæ crât, id est populi ab Adâ
proccedentes. Ita populos in Apocalypsi appellat
Gen. 1. magnorum mysteriorum conscius Iohannes, aquæ
Appoc. 17. multæ populi multi. Erant autè pessimi omnes, pec-
cato vt pote infecti, quo eos illorū parens primus,
humanæq; gentis caput infecerat, peccauerant sicut
Rom 3. quidem in Adam omnes, filijq; iræ erant, & vnus
delicto mortui, ac deniq; sub peccato conel. si. Ita
Galat. 3. Paulus, erat sterilis terra, vt quæ ferre producere,
que non possit fructus cælo dignos, fructus, qui
ita essent diuino palato suauis, ita grati, vt, quam
comestum ab Adamo pomū asper serat, amaritudi-
nem dulcorarent. Clamabant autem omnes, inq;
Deum, cuius retulit imaginem Eliscus, fundebant
cum siccibus fruges. Terræ huius habitatio optima
est, sicut tu domine prospicis, aquæ autem pessimæ,
& terra sterilis. Neq; aliud mihi scire vis-
Esa. 64. dentur Prophetarum intentissimi clamores. Vtis
nam dirumperes cælos, & descēderes, à facie tua
montes defluerent, sicut exustio ignis tabesce-
rent,

rent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen
tuum. Et alibi, propter Sion non tacebo, & pro-
pter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur, Esa. 62.
vt splendor, iustus eius. Cum tamen æternæ visum
est sapientiæ, cuius misericordia plena est terra, Psal. 52.
cuius misericordia super omnia illius opera emicat,
non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secū-
dum elementiam suam magnam, sanare decreuit
Tit. 3. aquas, fecundare terram. Vtq; opus fieret ita in-
clytum, & nobis gloriosum ac summe necessariū,
parari sibi iussit vas nouum in purissimis purissimæ
virginis visceribus. Atq; ad id missus est ange-
lus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen
Nazareth, ad virginem. &c. Fuit enim vas illud
Luc. 1. sanctissimum ebore cæcidius, pretiosius auro, splē-
didius lumine, ipsa salute vtilius, vita ipsa magis
necessarium. Fuit tamen nouum, cui neq; simile al-
liud vnquam factum, neq; faciendum. Fuit nouū,
naturæq; innouator, & qui homines nouas fecit
Galat. 6. creaturas, fecitq; vetera transire omnia, nouaq;
2. Cor. 5. omnia fieri. Non ne nouum tibi, & inauditum vi-
detur? è scintilla solem, è fonte mare, è terra cœ-
lum, è virgine Deum nasci? est ergo in vase illo pu-
rissimo sal æternæ sapientiæ immixtus, verbum vt
pote, quod erat apud Deum, & Deus erat, quod
Ioa. 1. emanatio quedam, & euaporatio æternæ sapien-
Sap. 7. tiæ est, & quæ ab initio & antefecula creata erat.
Ecclesia. 24. cap. 6.

Hoc sale resperse aque sunt, resperse etiã & terra. Non ne sale cõspergi vides omnia, cū omnipotenti quadã virtute miraculã Christus edit, ad que omnis mūdi potestã, & sapiẽtia stupet cū verbo turgenã, & cõcita sedat maria, mortuos suscitã, infectos lepra mūdat, demones plelit? cū euangelii prædicat, quo sale nullus candidior, nullus suauior, nullus ad sanandis aquis potẽtiõr? ac deniq; cum postremam operi manum imponens affixus pro nobis cruce moritur, pro nobis sanguinẽ fundit, eoq; aspergit sale: quo sanati sunt aque, exstincta illarum mors, ablatum peccatum: succūdatã terra ita vt in illis neq; amplius mors similis, neq; similis sterilitas sit spectanda, neq; timenda? Non enim sicut delictum, ita & donum. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donũ. Sed iam populus illi simus mundus, acceptabilis, charus: diuinẽ consors naturẽ, populus aqua ablutus, & sale salitus, populus sanctificatus, aque illi dulces ac nitidẽ, & quarũ potius minime sit noxius, ni culpa nostra exciderimus à gratia, quam misericordiã bonitateq; sua nobis recuperãuit. Nõ simus terra sterilis, sed que illius opẽ gratissimos vberesq; fructus proferre valet, pietatis, inquit, officia, in nos, inq; proximos nostros. Quos fructus & à terra sua, suisq; arboribus exigit illius cultor ac factor Deus, fructus etiã dignos penitentia,

Rom. 5.

Tit. 2.
2. Pet. 1.

Math. 3.

nitentia, fructus ferenti vtilis, satore gratos, iucundos & suauis. Hoc ergo mirabili cõsilio, ingeniq; beneficio, & ab aquis mors, & à terra sterilitas est ablata. Cuius virtutem vt in nobis semper sentiamus, facit, qui tanta pro nobis fecit, Christus.

DEVS BONORVM FACTOR,
Malorum punitor in Assuero.

HEST. G. Habuit Assuero rex inelytus & potẽtissimus quẽdam morem inaudibilissimũ, & cõsuetudinẽ perpetuã dignã laudibus, & quã Christianos omnes principes habere cuperemus. Essent tunc suis in regnis & prouincijs plures viri ad gubernandũ aptiores, & ad sedãdos in sua republica exortos tumultus. Essent etiã & ad arma capeSSenda paratissimi, ita vt senatũ, & militarẽ ordinẽ habere dicerẽtur electissimũ. Fuit Assuero nõquã violata cõsuetudo, vt in libris & annalibus, quos ad id habebat paratissimos, scriberentur ea que quis iuste, sapienter, aut dextere siue in bello, siue in pace fecisset. Vt debitis illos honoribus non defraudaret, sed sciret vnusquisq; paratũ sibi prosternuẽ factis præmiũ. Neq; tamẽ liceris maledabatur, vt ob signatis libris illic perpetuò delitescerent, nulloq; legẽte obliterarẽtur, sed vt certis regi tẽporibus legerẽtur, in memoriãq; reuocaret ipse, qui illi fidẽ seruassent, q̃ illius capiti aut nomini cõsulissent, q̃ vitam

Diuina sapiẽtia
iudicia.

1. Cor. 10.
Thob. 3.

vitam periculis exposuissent; & obiecissent pro eo. Non enim cui arridebat fortuna (que, cum parum habeat mentis & firmitudinis, illis solet potissimum arridere, qui illi similes sunt maxime) sed quos nobilitas, fides, & virtus honestabat, illos regis decorabat honoribus. Euenit autem diuino ita dispensante numine, quod subd. in afflictione constitutos non deserit, neque eos, supra id quod posuit, tentationibus quati finit, sed facit cum temptatione prouentum, ut sustinere possint, inque opportunitatibus adiuuat, post tempestatem tranquillum facit, & post luctum gaudium & exultationem immittit, euenit (inquam) ut, cum in summa afflictione positus amaritudineque cordis & dolore esset vir iustus Mardocheus, eo quod sciret, se suosque omnes, ubi cunq; illos viuere cōtingeret, extremis damnatos supplicijs à diro Aman, rex afferri sibi iusserit annales. Cumque ventum esset ad locum, ubi de fide, quam Assuero regi seruauerat Mardocheus, sermo fiebat, & quo modo insidias regine Hesther manifestauerit, quas proditores eunuchis illi struebant, ut, cum maxime securus esset, inagularent eum, percontatus lectorem est. **Q**uia fuisse honore clarus effectus Mardocheus proseruata regis vita peritura omnino, si proditorum mentem non indicasset? cui respondet **Ar**, nihil unquam pro tā insigni factore tulisse

Mardo

Mardocheum. Rex duxit noctem illam insonnis cogitans, quo posset pari beneficio Mardocheum gloriosum reddere, suisque regnis ac gentibus suspicandum. Sequenti ergo die, cum in domicilio esset, petiuit ab illis, qui illi ministraturi aderant. **Q**uis esset in atrio? casu autem venerat Amā precaturus regem, ut iussu suo patibulo affigeretur Mardocheus, eo quod regium imperium cum dedecore contempisset, nolens illum debito honore & reuerentia possequi, sicut reliquus populus faciebat. Responderunt ergo illi, adesse Amā. **Q**uē ad se ingredi statim iussit, & his verbis illi est percōtatus. **Q**uid debet fieri viro, quem rex honorare desiderat? cogitans autem Aman, nullum alium, nisi se velle honorare, respondit. **H**omo, quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regum diadema super caput suum, & prinus de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens clamet, & dicat, sic honorabitur, quemcunq; rex voluerit honorare. **D**ixit ergo ad Aman rex, festina, & sumpta stola & equo fac ita, ut loquutus es, Mardocheus in leo, qui sedet ante fores palatii, caue, ne quidquam de his, que loquutus es, pratermittas. **E**c. **O** altius diuitiarum sapientie & scientie Dei. **Q**uam in comprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ

Hes. 3.

Hes. 6.

Dei iudicia

les viæ

Rôm. II. les viæ illius. Videte ad summos euectum honores: quem in summa miseria, in luctu, & squallore vis distis paulo ante. Ut sperent in te, o Deus, qui no uerunt nomen tuum, quia non dereliquisti quæres tes te. Videte ad supremam deiectum miseriam vi rum impium, exaltatum, & eleuatum sicut cedrus Libani. Mox enim vt inimici domini honores rificati fuerint, & exaltati, deficientes sicut fuscus mus deficient. Videte arcum & fortium superas tum, & infirmos accinctos robore. Videte quod do minus mortificat, & viuificat. &c. Sed iam è vitæ li & iucundo nimis literæ sensu ad spiritalem, qui non minus utilis & gratus erit, gradum faciamus. Rex Assuerus nobili illo ingenio, quo suorum præ stantia gesta mandari literis iubebat. &c. Chris tum, cuius est imperium omne & potestas, adumbrat. Qui ita in omnibus aequitatem & iustitiam amat, ita viros optime de se meritos perpetuis ho noribus gloriosos reddere cupit, vt nec verbulum vllum, nec cogitatu (quid de opere dixerim?) è me moria illius aeterna clabi permittat: ex his, quæ sui amore fideles aut cogitarunt, aut loquuti sunt, aut fecerunt vnquam. Omnia illi semper presentia sunt, siue pro commissis sceleribus lachrymæ sint, & sin gultus, siue pro acceptis ab illius liberalitate immen sa beneficijs gratiæ debite, siue pro illo sumpti eius in suis generis labores & imitapericula. Idq; eo cõ filio

filio ab eo fit, vt agnoscant hi, qui secundum patien tiam boni operis gloriam, honore, & incorruptio nem quæerunt, vitam aeternam se accepturos. Illi autem, qui sunt ex contentione, & qui nõ acquies scunt veritati, credunt autem iniquitati, irã & ina dignatione, tribulatione & angustia paratã esse in omnem animã operatis malis, gloria, hono rē & pacē omni operati boni. Reddit. n. vnicuiq; Deus secundũ opera eius. Scribuntur etiã in hoc di uina memorie libro, quæ quis cogitat, loquutus est aut facit superne illius voluntati aduersum. Est. n. dulcis & rectus dominus. Est illi potestas & misere ricordia. Vnde quæadmodũ illius clementiã decet pios homines premijs decorare, ita decet illius ius titiã impios & sceleratos punire. Cõtingit tamẽ sapissime, vt, qui mudo irrisuerat & cõtẽptui, gra ues etiã illi ad vidẽdũ, qui à suis se abstinet vijs, & quos grauissimis supplicijs velleť affectos, his mĩs danis ipsis etiã cruciatu dolorq; maximo cernen tibus, & publice clamãtib; vt fecit Amã, ad amplifimos cœli & gloriæ honores extollatur, deprimẽ tur autẽ, & deponatur viri iniusti & nepharij, qui ad momentũ florere visi sunt. Quod fatẽtur ipsi, diuina illos iustitia compellente & iubente, quod fecit Assuerus cum Aman. Hi sunt, quos habuis mus in derisum, & in similitudinem improper is. Nos insensati vitam illorum existimabamus infaniam,

Rom. 2.

Psal. 24.

Psal. 61.

Sap. 2.

Aman

Hypochri
tz.

Sap. 5.

Psal.26.

insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quōs modo computati sunt inter iustos, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. &c. expectent ergo dominum, qui iusti sunt, viriliter agant, & eorum cœns fortetur cor, faciant q̄s cogitatum suum in domino, qui non dat in æternum fluctuationem iusto

CHRISTI IN HVMANVM
genus beneficia plerūq̄s.

Puella captiua.

Christi nō
men & fa-
ma.Eutheti . in
4. reg.

Mat.21.

QUARTO Regum quinto, de Syria egressi sunt latrunculi, & captiuam duxerūt de terra Israël puellam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman, quæ ait ad dominam suam. Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria, profectus ad curasset cum à lepra. Religionis nostræ mysteria, nec exigua illo hoc figuræ tegmine clauduntur. Latrunculi enim è Syria egressi ethnicos homines adumbrarūt, qui varijs impliciti negotijs, augendæ rei intenti, magnam orbis partem peragrabant. Hi captiuam duxerunt puellam, i. famam, quam Christus salutis autor, & vite sanctimonia, & doctrinæ celsitudinis, & virtute in ædendis miraculis inaudita parauit. Ita vt magnus à quibusdam propheta habetur,

tur, ab alijs promissus crederetur Messias. Ita vt cū ^{Ioan. 7.} de eius doctrina sermo fieret, dicerent plerūq̄s, nūc ^{Ioan. 9.} quam sic loquutus est homo, cum demiraculis, à seculo non est auditum. &c. Hoc cum rescirent & hi homines in Israël peregrini, quam animo ceperant famam, inter suos spargebant. Aiebantq̄s, in Israël esse virum quendam, qui corporum infirmitatibus mederetur, non herbis, non sanguinis effusione, non medicaminibus, sed solo verbo, soloq̄s iussu. Et hoc pacto infirmos insanitatem restitueret, mundare leprosos, maria sedare, demones pellere. Aiebant in Israël esse virum aspectu decorū, lingua suauem, vita sanctissimū. Quo audito Naaman salutis cupidus, & lepræ, qua respersus erat, pertæsus, iter in Israël parauit. Itebris à rege Syria acceptis, quas ad regem mittebat Israël. Quibus acceptis & lectis, vestimēta sua scidit. In quo primatus gentium præsignatus est, qui mundandus ab spiritali lepra Christum, quem Elifeus præfagiebat, adiuit. Scindebant autem vestimenta sua sacerdotes, scribe & pharisæi considerantes, vndiq̄s plebes ad Christum conuenire, cumq̄s redemptorē agnoscere. Quemadmodum autem Naaman ad se vocauit Elifeus inquit, veniat ad me, & sciat, prophetam esse in Israël, ita quos præsciuit Christus hoc & vocauit. Dictū est autem Naaman, vade, & lauare septies in Iordane. Qui consilio Elisei

Math.26.

C prors

prorsus non acquiuisset, ni seruos habuisset con-
sultores, qui prudentia plusquā seruili domino cō-
suluerūt. In quo ruditas multorū, prafigurata fuit
Qui res ecclesiae externas tantū considerātes, eas
sine iudicio aspernantur, non intelligentes inuolus-
tra esse illa, sub quibus diuina lateat virtus, & ope-
retur, factumq; id fuisse diuino consilio, & pro ho-
minum maiore utilitate, & pro institutoris maio-
re gloria. Ita aqua lauari in baptismo contēnunt,
q; res sit factu facillima, & aqua cōmuni vsui sit
exposita: Animales homines non percipiētes ea,
qua sunt spiritus Dei, hi seruos audiāt Christi par-
uulos illos, quibus arcana sua reuelat. Faciantq;
quod Naaman, qui rediens septies se Iordanis as-
quis immerfit, restitutaq; est caro eius sicut pueri
paruuli, & mundatus est à lepra. Vnde accepto iā,
quod tantopere cupiebat, beneficio, gratus Eliseo,
& Deo Elisei domino ita est alloquutus. Vere scio,
quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tan-
tū in Israel, precabaturq; illū, accipere vellet muna-
nera. Quae omnia figura eorū sunt, quae in baptis-
mate cōtingunt. Ibi mundatur peccatorū lepra se-
ptiformi cōcesso spiritu adorāda illa trinitatis ina-
uocatione, ac quisq; ad innocētis vitae infātā redi-
gitur. Ibi sathana illiusq; pōpis renūciatur, ac Chri-
sti fides asseritur, quā se corde habituros, irolatu-
rosq; ore pollicētur, ac itādē ope p oia seruatoros.

¶ Dei

¶ Dei in peccatores longanimitas & amor.

Diuina i pec-
catores pie-
tas.

SE C V N D O Regum. 15. Sēpius in
paterno seruidoq; amore, quo Dauid
rex nobilissimus Absalon filium male de-
se meritum prosequatur, Christi optimi & maxis-
mi incensum admirādumq; amorem, quo homines
male de se meritos prosequitur, cū ingēti admiratio-
ne contēplatus sum. Cōiurauerat Absalō (innume-
ris hominibus sicarijs & sceleratis ad se blādis ver-
bis & falsis pollicitationibus accersitis) in Dauidē
patrē alioqui charissimū, & virū numericis omnibus
absolutū, eū q; propijs ē sedibus & regno perfido
animo deturbare laborabat. Cōstitutusq; in angustiis
imminente periculo, coactus est Dauid exercitiū in
rebellē filiū cogere. Cū q; ad cōgrediēdū viri egre-
derētur, ita illos clemētissimus rex, paterq; pacien-
tissimus precās alloquebatur, seruate mihi puerum
Absalō. O paternū amorē, ò viscera Dauidē digna
ò plenas amoris voces Insidiabatur illius regno sis-
lius, priuare illum re, honore, & vita moliebatur,
nec tam capitali odio paternus vincitur amor,
neq; flumina ingratitudinis perfidiaeq; illius ignes
dilectionis extinguunt, sed cum ni tentem perdes-
re, saluum & incolumen cupit. Cumq; (Lanceis iā
Absalone trāsfixo, susoq; ac supra to illius exera-
citu) nunciaturi felicem belli exitum venirent hos-
tes, quod ab illis potissimū quaerit, fuit est ne

I. Cor. 2.

Math. II.

Baptismus

pax? i. salus puero Absaloni? cumq; cum mortuum
 rescivit, instillantibus oculis lachrymas, mæstissis
 mo pectore, lugubri voce, ita lamentando quere-
 batur, fili mi Absalon, Absalon fili mi. Quis mihi
 tribuat, vt ego moriar pro te Absalon fili mi. fili
 mi Absalon? Vides expressam Christi mitissimi re-
 gis imaginem, illiusq; patientissimi amoris vires,
 quibus dissimulat peccata hominum, & eos ad pœ-
 nitentiam adducit. Ferus siquidem homo, quæ præ-
 signauit Absalon, Dei filius factus. Ita Ioannes, vi-
 dete, qualem charitatem didit nobis pater, vt filij
 Dei nominemur, & simus. Quodammodo bellum
 illi infert, cum in patrem elementissimū, qui tot in
 illū beneficia cumulauit, peccādo insurgit. Cumq;
 morte dignus ille sit, nec temporanea tantū, sed
 æterna, qui posset eum nudū in Tartara mittere, be-
 neficijs emollire laborat, vtq; puerum suum Absa-
 lon seruent, rebus imperat. Quæ ni prohiberētur,
 debitam tā impio sceleri vindictam protinus sum-
 psissent. Quod si quando æquissima patris iustitia,
 exigentibus iam rebellis filij culpis, dirisq; sceleri-
 bus, primæ secundæq; mortis illum transfunderat
 lancea, dolet illius mortem, quem tantopere expe-
 tiuit saluum, cum non pro illo mortem obire
 desiderauerit, vt pro Absalone Dauid, sed illum
 tantopere dilexerit, vt obierit illam, funderetq; si
 posset, Christus cœlestis pater lachrymas, dice-
 retq;

Christi in lu-
 os amor.
 Sap. II.

Pem. 2.
 I. Ioan. 3.

Rom. 5. &
 Ioan. I.

retq;. Fili mi Absalon, Absalon fili mi, pro quo fui
 mortuus, cur clemētia, amore, animoq; paterno tā
 es abusus? cur mores & pectus nō mutasti? cur fers
 rea non exuisti viscera, nec vnuquam saecrum emol-
 listi pectus? cur opportuno tēpore patrē persequi
 non destitisti, cōfugistiq; ad illius clemētiā, quam
 tories fuisti expertus? moreris Absalō, tua te inter
 ficit culpa, tu te trāsfixisti læcæ, peditioq; tua ex te

Osee. 15.

DIVINVS IN CHRISTIA
 num populum amor.



XODI. 34. Moses tam erat nitio
 do ac splendido vultu, vt in eum oculos
 onijcere Israelite nō valerent, ni prius
 velo faciem operiret, ita erat oculorum
 acies illis infirma. In typū, quod fulgor, splendorq;
 diuinus sub Mosaicæ legis velamine ac litera late-
 ret. Quem pleriq; ex Israelitis, miseri illi quidem,
 nolent spectare, & ablato velamine intueri. Nos
 vero, quos è tantis tenebris in admirabile lumen suū
 vocauit misericor Deus, illi sumus, de quibus Paulus,
 "euelata facie gloriā domini speculari, ac in eā
 dem imaginē trāsformari à gloriā in gloriā, dixit

I. Pet. 2.

CHRISTI INCARNATIO.

GEN. 27. Rebeca foemina pudicissis-
 sima, cum mirabili quodam amore prosequeretur

retur filium suum Iacob; qui mire amabilis erat, illius manus hædorem blandis pelliculis induit. Ut
 De incar. fig. d. Aug. Rom. 7. lib. cap. 32. Isaac illum tangēs Esau esse crederet, qui pillosus erat. Vnde cum illum ad se accedere Isaac iussisset; tetigissetq; cum, vox, inquit, Iacob est, manus autē manus sunt Esau. Vbi mire adūbratus Christus dominus noster & assertor est. Iesus. n. est, quod auditur, quæ. n. loquitur, spiritus & vita sunt. Verba ex æterna ac ineffabili sapiētia profecta diuinam redolent virtutē. Sunt. n. (vt optime dixit Petrus) verba vitæ, sunt animi lux, & oculi. Quod videtur nostrū, in similitudinē carnis peccati. Erant. n. manus illi manibus Esau similes, non tamē erāt Esau. Ita Christi humanitas, quæ habitu inuētus vt homo est, erat nostræ humanitati ita similis, vt illius omnino speciei esset, cū tamē omni careret peccato purissima ipsa niue, splendida & immaculata. Hac induit eū serenissima virgo, tāto Rebeca superior & nobilior, quāto vmbra veritas. Hac, inquit, est sanctissimis purissimisq; illius visceribus diuino spiritu opifice induit illū. Fuitq; tātus æterni patris in filiū amor, vt nō deceptus, vt fecit Isaac (erat. n. sapiētia æterna) sed volens, ac sciens non tantū filio benedixit, illiusq; nomē illustrauerit, gloriosūq; reddiderit, sed fecerit, quod explicuit sanctissimus illius apostolus Paulus, exināniuit, inquit, semet ipsū formā serui accipiēs, in similitudinē hominū factus, habitu inuētus vt homo. Humiliauit semet

ipsū factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis, propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomē quod est super omne. &c. Et Petrus, nec. n. est aliud nomen datū sub cælo, in quo oportet teat nos saluos fieri. &c. Fuitq; ita exuberās immēsi patris inuētū filii sibi per omnia æqualē benedictio, vt sint in illo benedicendæ omnes gentes, sintq; in illo, iuxta Danidicū n. vaticinium, benedicendæ omnes tribus terræ, nihilq; vnquam absq; hac benedictione fuerit benedictum.

CHRISTI INCARNATIO:

NVM. 13. Filius Naue Iesus appellatus est cū ad explorandā promissionis terrā mitteretur, eo quod typus esset Iesu seruatoris nostri. Si incarnatio. cut. n. ille habitū & vocē gentiū, quæ erat exploraturus, præ se tulit, ita verbū formā serui accepit habitūq; est inuētus vt homo, & nostra lingua vsus ac cum hominibus cōuersatus, vt, amissam nostrō peccato salutē, sua iustitia recuperaret. Factumq; id est supremo cōsilio, indicibilis cuiusdam amoris pleno. Vt & nostram extolleret naturam, quæ è tanto dignitatis fastigio deturbauerat Adam, & illius vulneribus plenius mederetur, fieretq; nobis summe amabilis, possetq; simul & assertor noster esse, & doctor moribus suis purissimis, candidissimamq; doctrinā. Magnitudinē beneficii huius agnoscespōsa, intelligēs q; quæ esset id hominibus honorifi

Cant. 8.

cum, gloriosum, & conueniens, ardentissimis id votis cupiens aiebat. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris mee, vt inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?*

CHRISTI INCARNATIO,
& in mundum aduentus.

Incarnatio.

GEN. 26. Lignum vitæ, quod in medio paradisi situm erat, Christi optimi & maximi typus extitit. Nam etsi multæ essent ibi arbores aspectu iucundæ, fœtu salutes & utiles, vna erat vitæ. Fuit tamē huic arbori sanctissimæ plantari, virginis concipi visceribus spiritus sancti afflatu, & virtute. Produci, ac germinari, nasci ex ea. Irrigari, diuina gratiâ impleri: fructum ferre, gloria resurrectionis ad immortalitatis sp̄e fidelium multitudinē colligere. *Qui. n. passus fuit propter delicta nostra, surrexit propter iustificationē nostrā.* Huius trunco. i. meritū sanctissimis & vberimis inniti licet, prudentia tamen, qua virgines illæ sapientes, quæ ornarunt lampades suas. Aspectus id est vitæ amenitas, puritas, & sanctitas pascit oculos. Frondes & rami clemētiæ latè pasti tēperant æstum, & vmbra ministrant fessis. Fructus alit, & saginat, siue is doctrina sit coelestis, siue sanctissimi eucharistiæ sacramentū. Hoc nomine appositisimo Christū patris sapientiā appellauit Salomō lignum

Rom. 4. d.

Mat. 25. A.

Prob. 3. c.

Apo. 22. a.

Matth. 9.

Math. 12. c.

lignum (inquit) est vitæ omnibus amplectentibus eum. Vidit etiam hanc arborem mysteriorum conscius Ioannes in Apocalypsi, & ostendit (inquit) mihi flumen aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum egrediens de throno Dei & agni, & ex vtrâq; parte fluminis arborem vitæ, quæ fecit fructus duodecies, singulis mensibus reddēs fructum suum. *Quin cum iudei calūniarentur Christum in Beelzebub dæmonia eijcere, semetipsum arborem vocauit, aut facite (inquiens) arborem bonam, & fructus eius bonos, aut facite arborem malam, & fructus eius malos.* Hæc est arbor salutaris, arbor quæ fructum salutis & vitæ tulit aduersus mortis fructum, quem prima illa arbor tulerat, arbor nobilis, utilis, proccra, perpetuò virēs, perpetuos fructus proferens, arbor deniq; cuius fructus vitæ, frondes salutes, vmbra grata, truncus firmissimus, arbor, ad cuius vmbra confugiunt fessi, ad cuius vberes fructus famelicis.

CHRISTVS AQVA SALV
tari reficiens suos in Isaac.

Origē. I. par

GEN. XXVI. Foderat Isaac puteos, vt ex eis pura vtiliq; aqua illius greges ad aquarentur, Philistæi autē Isaac homini modestissimo inuidentes iniecta terra obstruere illos, terraq; replere

Sapientia.
Aqua

Replere conati sunt. In quo mirè adumbrata est
Christi veri Isaac pietas. Qui, vt gregem quem
sanguine proprio, vitæq; propria dispendio asse-
ruerat: aquis limpidis, aquis viuuis, aquis salubribus
in vitam æternam potaret, diuino suo spiritu scri-
pturarum fodit puteos, quibus propter mysterio-
rum profanitatē mirè congruit nomen. Sunt
enim multa in scripturis sacris intellectu difficilli-
ma, & quæ purum animum, & ingenium varijs
disciplinæ cultum & exercitatum ad sui intelle-
ctum prærequirant. Quibus autē hauriendæ aquæ
cura potissimum incumbit, illi sunt, quos constituit
pastores regere ecclesiam Dei, quam adquisiuit
sanguine suo. Hi aquam hæc enutrientem, refrige-
rantem, recreantem, rerumq; mundanarum sitim
extinguentem, vel sedantem hauriri sunt, diuina
efflagitata ope, & omni adhibito studio. Quod an-
faciant etatis nostræ pastores, suum, & aliorum
iudiciū esto. Ego officij sui illos admonéo: & quæ
sint, quæq; sollicito amore, preciosos in greges præ-
stituri, in memoriã reduco. Hos autē puteos, quibus
ita priorū animi reficiuntur, & super quorum
aquis se educatū gloriabatur Dauid, super aquas
(inquit) refectiōnis educavit me: animam meã con-
uertit, nouis in auditib; mysterijs perpetuo pullu-
lantes terra opplent Philistæi: quibus impia hæ-
reticorū sollicitudo apertissime ostenditur. Hi enim
dum

Psal. 22.
Hereticorū
caliditas.

Origen. in
Gen.

dum celestē scripturam ad humanos affectus vō-
lenta falsaq; interpretatione trahunt, & torquēt,
in limpidissimos puteos & aquas, vel ipsa luce cla-
riores terram iniiciunt, nihil ipsi nisi terrenum sa-
pientes, non permittentes has aquas in sua puritas-
te fluere. Quod quanta calliditate: & quā serpen-
tino animo faciant hodie Philistini heretici, non
est qui magno animi dolore sæpius nō aduerterit.
Hi impudētia inaudita, animoq; in malum audaci:
sibi fidentes aquas has vitæ reddunt mortiferas,
& earum legitimo sensu malitia sua extincto, ter-
renos eliciunt alios, quibus sibi, alijsque similibus
blandiuntur ac placent, ouibusque suis, quæ pastor-
ribus, ac doctoribus sunt similes, & quibus huius-
modi nomina eo pacto conueniunt, quo nocti nos-
men diei, tenebris lucis. Venenum præsentaneum
mendaci salubris veræq; aquæ nomine propinant.
Quos omnes, si respuerint, pœna expetat æterna
Coelestis ista doctrina, in quam (vt diximus) labor-
rant terram immittere Philistæi, alijs etiã aquis
fuit præsignata, de quibus in scripturis frequens
est mentio. Præsignarunt illam aquæ Siloe, quæ
cum silentio decurrebant. Est enim (vt inquit Iaco-
bus) de sursum descendens sapientia, imprimis qui-
dem pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiēs,
plena misericordia, & fructibus bonis, iudicās si-
ne simulatione. Quæ omnia suauissimi cuiusdam
sitentij

Diuina sa-
pientia in
aquis præsi-
gnata.
Ioan. 9.
Iacob. 5.

Pfal.II8.
Ezech.47.

silentij, & amene tranquillitatis causa sunt in ani-
ma. Vnde Dauid, pax multa diligentibus legem
tuam, & nō est illis scandalum. Adumbravit etiam
illam torrens adextro templi latere profiliens,
quem transit infans in Christo tinctis modo talis,
transitur alibi tinctis genibus, rursus alibi tam pro-
fundus est, ut vadum homini non habeat. Iudicia
enim Dei abyssus multa. Vnde non inseite dixit
quidam, scripturam fluiuium esse, in quo ouis am-
bulat, elephantus natat. In huius torrentis ripis
vtriusq; sunt arbores frugiferae, videlicet vtriusq;
testamenti doctores, ac sancti. Harum arborū fru-
ctus in cibum sunt vtilis, frondes efficaces ad me-
dicinam, aluntur siquidē aqua, quae profluit ē san-
ctuario templi coelestis. Habet item, nequid videas-
tur deesse ecclesiae paradiso, & ad vitæ incunditas
tem fluiuium pacis, habet torrentem gloriae inunda-
ntem. De quo Esaias, apparebit in Sion fluiuius
decurrens, gloriosus in terra sitiēti. Habet torren-
tem voluptatis ac deliciarum, quo piæ mentes ines-
briantur ad omnium rerum contemptum, quas ad-
miratur mundus. Habet aquam initio conditam
sub amaran quidem illam sed abstergendis crimina-
rum maculis accommodam & efficacem, quam nos
bis toties Dauidici cōmendant psalmi. Lauabo per
singulas noctes lectum meum, lachrymis meis strata-
tum meum rigabo. Ac rursus, exitus aquarum
deduxerunt

Esa. 66.
44.

Pfal. 35.

Hier. 2.

Pfal. 6.

Pfal. II8.

deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt les-
gem tuam.

CHRISTVS SALVTARI AQVA
resiciens suos in percussa petra.



VM Israëlita siti fatigarens
tur, importunisque vocibus à
Mose aqua efflagitasset. Mos-
ses diuino edoctus consilio vir-
ga lapidem percussit, & fluxe-
runt aquae Christiū adumbrās,

Exo. 17. &
Pfal. 77.
Origē. par. I

cui frequens est in scriptura lapidis appellatio:
qui si viuz fidei virga percutiatur, sit fons aquae
salientis in vitam æternam. sit aqua, quam qui bi-
bit, non sitiet in æternum. Fluuntq; ex eo torrens-
tes caelestis euangelicæq; doctrine, & spiritalium
donorū, quibus piorum terra felicissime inundat.
Fitq; ē sterili frugifera, ita ut hortus dñi, volupta-
tisq; paradisos nuncupetur merito. Est tamen fer-
riendus, qua diximus, virga. Alioqui durus videbis
tur lapis, et falso iudicant perfidi homines, suis er-
roribus tam pertinaci animo adherentes ut diuelli
nequeant, vel ipsius veritatis viribus, quæ tantæ
sunt. Ut diuelli nequeant tot miraculis, quæ à secu-
lo audita non fuerunt, aut à Christo, aut Christi
virtute facta. Ut diuelli nequeant tot miraculis,

Sapientiae
aqua.

Ican. 4.

I. Pet. 2.]

quæ à seculo audita nõ fuerunt, aut à Christo, aut Christi virtute facta. Vt diuelli nequeant doctrina ita mirabili, ita utili, & tam pia, iusta, ac humanæ naturæ consona præcipiente. Preceimur Christum lapidem, cui omnis ecclesiæ structura nititur, quo fulcitur, & sustentatur, vt cor his auferat lapis deum, concedat carnicum, velamen ab oculis auferat. Vt & sentiant, & videant, quantum illorum interfuit, tenebris relictis, lucis fieri filij, relicto impostore Sathana, Christo veritatis magistro adhærere, vt vitali hac aqua potiantur, suis relictis cisternis. Ne aliquando questus de eorum cæca perstinitia Deus clamans dicat. Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. &c.

Ezechiel. 12.
& 35.

Hier. 20.

CHRISTI AMOR FER
uentissimus in suos.

Cant. 2. & 8.

SPONSA Christi ecclesiæ amorem feruens
Stissimum erga ipsam mystica quadam appella
tione explicare volens eum capræ hinnuloq; ceru
uorum comparat, quorum mira insalendo veloci
tas est. Vnde eadē inquit: vox dilecti mei, ecce iste
venit saliens in montibus, transiliens colles, nihil
illi obstans, quin ad concubitus sanctissimæ suæ
Sponsæ

Christi fer
uens amor.

Sponsæ amores veniat. Qui enim tam potenti fere
batur affectu, non incedebat vulgari gradu, sed
saltu ferebatur. Excelsi montes sunt inter angelos
Seraphin & Cherubin, nec in his moratus est, sed
per hos salijt. Excelsi montes ante legem fuerunt
Iob, Melchisedech, Abraham, Isaac, & Iacob. Insi
gnis mons erat Moses, ac reliqui prophete. In nullo
tamen horum conqueuit, sed veluti per gradus
amoris impatiens ad sponsam suam ecclesiam des
silijt dominus, omnes huius seculi sapientes, veluti
colliculos, transiliens. Quod enim iuxta vulgi æsti
mationem altissimum est, ad diuinam sublimitatem
& celsitudinem collatum est humile, & abiectum.
Nimirum pedibus amor addidit alas. Nonne præ
ter saltus à nobis enumeratos, qui tantopere mira
biles sunt, mirus fuit saltus, cum è gremio patris in
purissimum virginis sanctissimæ uterum desilijt
rursus à terra subsilijt in ciuicis altitudinem, illuc
ad se pertracturus omnia. Rursus à Cruce corporis
quidē in sepulchrum, spiritu verò in Tartari re
cessus. Hinc denuo in terras, vt & discipulorū ani
mos confirmaret nutates, & consolaretur mœstos,
& suæ resurrectionis testimonium aderet certissima,
quæ nostræ spes tutissima futura erat: à terris ad
thronū patris, paraturus nobis regnū, missurusq;
spiritū mundi consolatorē. Nec huiusmodi saltus
sine elegantiā depingit prosa, quam canit ecclesiæ
Sponsæ

sticus chorus, cum festum agit ascensus dominici: nam transfiliuit omnes strenuè montes, colliculosq; Bethel. Saltum de cœlo dedit in virginalem ventrem, inde in pelagus seculi. Postquam illud suo mitigauit potentatu, tetras Phlegetonis asilijit tenet bras. Principis disturbato imperio, manipulis plus rimis inde erutis mundum illustrat suo iubare, casptiuitatemq; detentam inibi victor ducit secum, & rediuium iam suis se præbuit seruis, & amicis. Deniq; saltum dederat hodie maximum, nubes potesq; cursu per pete transfiliens. Hos gradus, qui tus æterna sapientia humani generis redemptionem dispensauit, nunc cursus, nunc saltus appellat. Vt charitatem vltro properantem ac sitientem exprimeret, quæ Christū hinnulum sanctissimum pellexit è cœlo, nostrorum annorum saluti consulturum.

CHRISTVS REX IN AETER-
num, illiusq; regni perpetuitas in Dauide, illiusq; regno.

1. Reg. 16.



EX ille nobilissimus diuinusq; psalter Dauid, cui promissum fuerat regnum, qui regiam habuit, & imperium, typus fuit regis sanctissimi, potentissimiq; nostri Christi Iesu, Qui nõ fuit vnctus sacerdotum oleo, sed præ cunctis

cunctis filijs hominum cœlesti gratia delibutus, vt habetur Hebræorum. 1. Et affirmat Dauid: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitiæ præ participibus tuis. Et Esaias: spiritus domini super me, eo quod vnixerit me. Cui promissum est imperium ad extremos orbis terminos proferendum, simulq; cum sole, & luna duraturum. Vnde Dauid de eodem resgno sermonem faciens, inquit. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et iterum: Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in generatione & generationem. Cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra. De qua Daniel: Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur. Eius regia ecclesia est, quam ipse in terris fundauit, quæ mira structura in altum erigitur. Ob id quod illius conuersatio in cœlis sit: vbi turris firmissima, è qua mille clypei pendent, ac omnis armatura fortium, qui se se rationi summittentes doctrinæ virtute summittunt alios. Ita sacram placet appellare scripturam, de qua, omnia mādata veritas. Et iterum: Iudicij domini verā, iustificata in semetipsa. Et sanctissima, ac certissima cōciliorum decreta, quæ omnia arma sunt potentissima, quibus & vincuntur, & transfuguntur hostes. Sunt enim inuiolabilis, imperium libertas est, in qua nos asseruit Christus. Vt liberati à peccato, cuius eramus serui, ius

Varia & multa hac figuræ notantur.
Hebr. 1.
Psal. 44.
Cap. 61.

Psal. 2.

Psal. 144.

Cap. 7.
Matth. 15.
20. & 22.

Cant. 4.

Psal. 18.

Rom. 6.

D stitit

stilitate efficeremur, quæ nostra est ingentitas. Tabernaculum, credentium ex omni natione congregatio. Quod, ex eo quod iniquorum hominum iniurijs sæpius impetatur, bene tabernaculis Cedar, pellibusque Salomonis assimilauit celestis spiritus. Quod et si ob cæli iniuriam externum quodammodo decorem amitteret, intus tamē erat pretiosissimis refertum unionibus, smaragdīs, hyacinthis, aureisque, et decoris et spectibus. Vt intelligamus quanta quaque pretiosissima dona in ecclesia sint, etiā si, ob infidelitatem ab impijs persecutiones exterius modo aliquo videatur suscipere esse, et à sole decolorata, Hierosolyma est mystica illa ciuitas, quam vidit Ioānes è visis lapidibus constructam lapide angulari Christo. Mons sanctus, euangelicæ doctrinæ sublimitas, quæ reliquas ab humanis ingenijs excogitatas longe magis excellit, quam cæli vertex terræ infima. Quæ verè vitiorum expultrix est, consolatrix vitæ, cæli lumen. Huic inexpugnabili veritatis templi inmittitur structura, nullis vnquam cessura tempestatibus, nullis Sathane machinis et artibus ruitura, sed duratura perpetuò.

PL. 7. 86. De vtriusque David: Magnus dominus, et laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Et rursum: Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus, &c.

Cant. I.

Apo. II.

PL. 7. 86.

Psal. 45.

CHRIS

CHRISTI IN HOMINES BENEFICIA plurima in libertate populi Israëliti.



EXOD. I. ET II. ET III. FUGERAT Israëliti gens ob facinora, quibus diuinam in se indignationem prouocauerat, in Aegypto detenta, ibique miseris afflictalaboribus ab impio rege, illiusque exactoribus, qui in eorum oppressionē instituti, designatique ab illo erant. Cum tamen diuine visum est sapientiæ, illos è tantis calamitatibus eripere, eorumque misereri, Mosem seruum sibi acceptissimum misit, qui, editis miraculis vix vnquam antea auditis, illos eduxit, perductisque ab eo sunt per vastam eremum, et in promissam terram à Iesse introducti. Quibus significata est libertas, quæ Christiano cõtingit populo, qui sub peccato captiuus erat, Christo in Aegyptum misso, ita placet, ante illius aduentum desideratissimum appellare mundum. Quis enim ante exortum solis, qui gratissimo iurare conuestit omnia, non dicat esse noctem? Quis, antequam captiuus redimantur, non dicet esse mancipia? Nondum iustitiæ sol fulgentissimus exortus fuerat, nondum semetipsum tradiderat, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Erat ergo mundus Aegyptus, et qui in illo erant, peccati serui. Cum venit, qui mittendus erat, cuius umbra herodes

Christi in humanum genus beneficia.

Exod. 5.

2. Thess. 2.

I. Ican. I.

Tertul. li. 7. illi Moses & Iosue extitere, euanuerūt tenebræ,
 aduer. Mar. discescit nox, dies factus est serenissimus. Ita Paulus
 Rom. 13. lux, nox præcessit, ita, eratis aliquando tenebræ,
 nunc autem lux in domino. Et homines liberati à
 Ephe. 5. peccato, serui facti sunt iustitiæ. Et iterū. non estis
 1. Theff. 5. noctis, neq; tenebrarum filij. Hos autem diuinæ le
 Rom. 6. gis splendore, quem expressit ignea columna, na
 1. Cor. I. d. be etiam obtegente, diuina, scilicet ope, duxit per
 desertum in cælum, & introduxit Christus fas
 Rom. 8. ctus illis pax, iustitia, & sanctificatio, coheredesq;
 Iacob. I. cum illo constituens, ascendensq; in cælum captus
 1. I. et. 5. & uam duens captiuitatem, vadens parare illis lo
 Ephe. 4. cum. Et vt Petrus: Iesus Christus in dextera Dei
 1. Pet. I. patris deglutiens mortem, vt vitæ æternæ partici
 pes efficeremur. Et iterū: Suscitauit Iesum à mora
 tuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra, & spes
 esset in Deo similis, videlicet resurrectionis & glo
 riæ. Hoc & Paulus testatus est, inquiens. Deus, qui
 diues est in misericordia, propter nimiam charita
 tem suā, qua dilexit nos, cum essemus mortui pecc
 Ephe. 2. atis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia es
 stis saluati, & cōresuscitauit, & cōsedere fecit in
 caelestibus. Vnde sicut aquila volatu in superna
 suo nos, quos vt pullos sibi gratissimos euāgelico
 verbo genuit, ad volandū exēplo suo prouocat. Vt
 in finis terræ bonis contēptis, pro caelestibus anhe
 lemus, superna q; petamus, relictis imis. Et hęc hoz
 minibus

minibus legē certam, ac cōmunē esse intelligamus,
 qua pronūciat Christus, eorū, qui spiritu pauperes Matth. 5.
 sunt, regnū esse cœlorū: eorūq; autorē conspectus
 ros illos tantū, qui mūdo sint corde, qui ingredūtur
 sine macula, & operatur iustitiā, qui loquuntur
 Pfalm. 14. tur veritatē in corde suo, qui nō agunt dolū in lin
 gua sua, qui non faciunt proximo suo malū. &c.
 nec iniustū cuiquā videbitur, tū integros moribus
 cœli ciues velle Deū, cum sint cū illo cōregnaturi,
 patriæ foelissimæ futuri incolæ, illius gloriosissimo
 conspectu perpetuò fruituri. Nūc redeat in se ho
 mines mali sani, qui, moribus cū sint impurissimis,
 & terrenis bonis nimis affixi, inani quādā spe se
 ascribēdos: sperant candidis sulgidisq; cœli agmina
 Simile. nibus, ac si inter gēmas carbo, inter niueas colum
 bas teter coruus, inter vasa aurea coenosum vascu
 lum esset annumerandū. Non enim ignauos, timi
 dosq; milites, qui armorū fragore aut coruscatione
 ne consternūtur, qui bōbardæ tonitruo animo lina
 quuntur, qui primis hostiū congressibus stationem
 deserunt, ac terga vertunt, supplicesq; manus tenē
 dunt hostibus, ad magnos honores euehunt, qui
 iudicio valent, reges, sed milites intrepidus, robore
 præditos, qui magna prudētes audent. Milites stre
 nuos, exercitatos & inuictos, quos nulla terrēt pe
 ricula, nec à loco discedere pallida cogit mors, nec
 quidpiā timidē, ignominiosē, & cū dedecore faces

re, inspectati faciūt cūentus, & improuisæ clades. Hoc etiã & affectus est animo in Christianos milites illorū rex supremus Christus. Qui facili quavis tentatione quasi succumbunt, qui in hoc æge ne Christiano terga vertunt, qui nunc blanditijs carnis, nunc mundi præstigijs, aut Sathanæ dolijs vincuntur, atq; à pudendis his hostibus superãtur, hos indignos habet splēdidis cœli honoribus. Qui vero magno præditi animo, vt nobiles milites, carnem subijciunt, mundum aspernãtur, Sathanæ dolijs illudunt, ac gloriose viatores euadūt, hi & Deo sunt gratissimi, & ingentibus ab illo honoribus decorantur. Qui immarcesibilis gloriæ coronam r'ncentibus pollicetur. Qui illuc ducit ministros suos, vbi ipse est. Et eos, qui illum coram hominibus confitentur, conficitur coram omnipotente patre suo. Qui cum illo sustinentes facit & conregnare, & consolationum socios habet, quos habuit tribulationum.

I. Pet. 5.
Ioan. 12.
Matth. 10.

2. Tim. 2.

CHRISTVS SPIRITALIS LEGIS
scriptor & autor in Iosue.

Christus di-
uine doctrinæ
autor.

IOSS. VIII. Iosue, subuersis hostibus, alta re ex lapidibus, quos ferrum nō tetigerat, construxit. Deuteronomium in eo scripsit, & populum ad benedicendum dimisit. In quibus Christi

ex

ex humani generis hostibus gloriosissima victoria adumbratur. Qui, ea obtenta, altare viuus ex lapidibus construxit, hoc est, ex viris sanctitate probatis. Qui mirabilem in fide, & moribus ea dignis, vitæ constantiam, ac firmitudinem habuerunt duriorum similis lapidi. Hos autē ferrum nō tangit, quia eos feritatis ac crudelitatis culpa nō corrumpit, sed integri permãserunt. Hi dum in fidei unitatē, & charitatis concordiam veniunt, vnum & gratissimum Deo altare faciunt. Cui iucundissimum est fratres habitare in vnū, iucundissimū opere exequi, quod à Philippensibus nimio studio efflagitauit Paulus. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium Charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis. Implete gaudium meum, vt idem sapientis sine vlla omnino diuisione ac dissensione. In his Deuteronomium scribitur, quod euangelium præsignauit, cū illos Christus verus Iosue aperiens os suū ita alloquitur. Beati pauperes spiritus, quoniã ipsorum est regnū cœlorū, ac loquitur relictas quas oēs diuinas præceptiones, quas in fidelium cordibus digito suo supernus scribit spiritus. Ita Paulus, epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab oibus hominibus, & scripta nō atramento, sed spiritu Dei viuus, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Qui tū suauissimas hæc gratissimasq; literas inscriptas

Philip. 2. a.

Matth. 5.

2. Cor. 3.

Psal. I.

Psal. II 8

habēt cordibus, deq; eis die ac nocte meditātur, & eo q; ab his intelligant, odio habendā esse omnē iniquitatis viā, eā odio habent. & apud se iurāt, & statuunt custidire eas, omnibus sunt gratissimi, eorū aspectus iucundus, consuetudo salutaris, lectio cōmoda, vtq; viuus quidam liber, & sermonibus, & moribus reliquos instruunt, ac docent.

CHRISTI IN HVMANVM GENVS
beneficia plurima, & hostium spetiose victo-
ria in Sansone.

IUDIC. XII. Magnitudine animi, lacerto-
rum robore, & gestis mirabilibus Christum ex-
presit Sanson. Is enim leonem audacissimum in-
terfecit, deq; eius faucibus fauam extraxit, alieni-
genā duxit uxorem, Alophilos strauit, Gazæ por-
tas secum ferens aut humeris baiulans montis cac-
cumina ascendit, ac plures hostes moriens pros-
trauit, ac vicit, quam vicerat viuens. In quibus in-
gentia beneficia, quæ Christus verus Sanson huma-
no exhibuit generi, præfigurata sunt. Is enim dæs-
monē seuissimum leonē humani sanguinis sitibun-
dum, qui inaudita quadā feritate in humanum ge-
nus seuiebat omnes tartareis pœnis multare cus-
piens, interfecit, ac vicit. Gloriosum facinus, & ho-
minibus summē honorificū, & necessariū. Ex eius
faucibus

Multa sunt
in hac figu-
ra explica-
ta de Chris-
ti in homi-
nes benefi-
centia.

faucibus extraxit fauam, sic enim nuncupare pla-
cet humanum genus, quod illi ita fuit charū, eiusq;
redemptio, & e faucibus tartareis extractio ita iu-
cunda, vt vitæ propriæ dispendio illam recuperare aue-
rit. Fauit enim cera corpus, mel spiritum, prædixit,
Duxit uxorem alienigenam Sanson. Et Christus
gentium ecclesiam, quæ à fide, & illius sacramen-
tis tam erat aliena, vt neuiquam cum illo conueni-
ret. Alophilos prostrauit Sanson. Et Christus ac-
cerimos hominis hostes, quibus cum perpetuum il-
li bellum erat, nec de re leui, ludicra, aut momenta-
nea, sed de gloriæ immarcesibili præmio & coro-
na. Gazæ secum portas asportauit Sanson, mons-
tisq; supercilium ascendit. Et Christus inferni por-
tis fractis & conuulsis, superum illud Cœli Cœlos
rum montem ascendit, vbi perpetuò regnat. Qui
veris ineffabilibusq; bonis plus terra præstat, etiā
si Palæstina sit, quā cacumina montium altissimos
rum infimis vallibus. Sanson moriens innumeros
interfecit hostes. Et Christus piissimus morte sua
occidit mortem, vitā reparauit, asseruit homines,
cœli hæredes constituit, spoliavit inferos, ditauit su-
peros, vicit, ac inter fecit hostes. Sic tamen, vt nos
lit suos desides, & ignauos, nolit fracto animo, &
timidos, sed fortes, animosos & violentos. Quia
qui huiusmodi sunt, rapiunt cœlos. Nam qui illius
tantū victoria contenti, miseram sibi securitatem
pollicens

Osee 3.

Rom. 5.
I. Cor. 3.
I. Thess. 5.
I. Pet. 3.

Math. 11.

pollicentur, & à bonis operibus retrahunt manus, hi à pudendis vitiorum hostibus capti detrudentur in inferos.

CHRISTVS Hominvm MA
gister legislator et assertor in Esdra.

Christi opti
mi, maximi
officia.



S. D. Esdras apertissime Christum dominum nostrum præsignauit. Is sanctam scripturam, quæ iniquorum calūnia vitata erat, innouauit, captiuos in Hierusalem reduxit, domum domini donis amplissimis decorauit, duces, & præfides constituit, qui diuinæ legis exactā haberent cognitionem, quibus omnibus Iesum salutis autorem præsignauit. Is enim scripturam spiritali sensu intelligendam & seruandam docuit, pulso procul literæ sensu, cui tam pertinaciter pharisei, iudaicūq; populus adhibebant, aperte docēs, ad esse iam tempus, in quo in spiritu & veritate adorandus esset Deus, nō in vmbri, & caeremonijs, ad esse tempus, in quo complerentur omnia, quæ illis in figura contingebant, cessarentq; figuræ. Domum domini, sanctam vt pote ecclesiam, donis decorauit amplissimis, sacramenta instituendo, quæ miram habent efficaciam ad delenda crimina, sub quibus in gens sanguinis sui præciosissimi late

ret

ret thesaurus, quo hominum inopia suppleretur. Auro etiam sapientiæ, puritatis argento, castitatis ebore candidissimo donauit, alijsq; dotibus valoris ineffabilis, ita vt diuitiarum spiritualium rena quædam ditissima ecclesia sit. Captiuos in Hierusalem reduxit, cum sanguine suo humanum genus è confusa peccati captiuitate in libertatem asseruit. Ita vt liberati à peccato (quod inquit Paulus) serui iustitiæ fierent, & qui noctis erant filij, filij essent lucis & diei, qui filij iræ, filij gratiæ. Ita vt gloriose de illis dici posset. Iam non estis serui, sed liberi libertate, quæ donauit vos Christus. Quam libertatē si peccando non amisserint (qui enim facit peccatū, seruus est peccati) heredes quidem Dei erūt, coheredes Christi. Duces, & præfides cōstituit, nō quosdā dedit doctores, quosdā apostolos, quosdā pastores, ad cōsumationē sanctorum in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, vt suum ubiq; prædicarent euangelium, cuiusq; pabulo pingui & suauissimo oues pascere, & saginare, præstarentq; se duces populi & vitæ, & doctrinæ.

Rom. 6.

Rom. 8.
Eph. 4.

CHRISTI OPTIMI MAXI
mi in suos amor & sollicitudo, suorū in illum ingratitude & odium in Ioseph, & fratribus

GEN. 37. IOSEPH adolescens decorus nimis ad visendos fratres in vastam eremum profectus

Terent. lib.
aduer. iud. d.

profectus est, illisq; necessaria tulit. Eorum autem tantopere excanduit inuidens ira, vt cum vili precio extraneis hominibus distraxerint. Qui postea Putipharis vxoris ob hostilem amorē, quo in eum incensa fuit, in carcerē detrusus est; diuina ita permittēte sapiētia, quæ suos solet humiliare, vt exaltet. Ipse enim pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat, deprimerēq; solet, vt efferat, in stercus mittere, vt tantopere extollat, vt sedeant cū principibus, & solium gloriæ teneant. Sicut contigit huic viro iustissimo, qui diuinam gloriam propiæ prætulit vitæ. Qui (cum diuinæ placuit sapiētiæ, quæ iustos in tribulatione comitatur, facitq; cum tentatione prouentum, vt possint sustinere) eductus est è carcere, in quo in situ & squallore iacebat, tōsoq; capite, mutatis vestibus regi adductus, & ob legitimā septem pinguium, & septem margaridarum vaccarum, totidemq; spicarum interpretationem, toti est Aegypto profectus. Quem postea supplices adorarūt fratres, cunctaq; est subiecta Aegyptus, illiusq; consilio communi totius, aliarumq; regionum fami est consultum. Qui, congesto frumento, omnium potuit necessitati prouidere. In quibus excimia pietatis Christiane mysteria præsignata suere. Verbum enim patris, speciosissimus candor lucis aternæ, speculum sine macula, nostro captus amore (neq; id ex operibus iustitiæ, quæ

quæ fecimus nos, sed secundum misericordiā suam magnam, vt nos, quos fratrum dignatus est nominare, videret, nostræq; necessitati consuleret) è sinu descendit patris in mundi vastam eremum. Fuit enim Israeliticæ gentis, ad quam potissimum se venisse affirmat, in gratitudo tanta, tam dira & cæca malitia, vt in fratrem, quem debuit adorare, id siquidem & stellarum & manipulorum docuit visio, insurgens vendiderit eum, innumerisq; effectis testimonijs sinagoga peccantiū, quæ, vt suæ auerteret iniquitati, nitebatur, ignobili mortis genere mulctauerit. Vnde in sepulchrum detrusus est. Suscitauit tamen illum pater, caputq; totendit, cum omnes illi labores abrasit. Habitumq; mutauit, cū, exuto mortalitatis habitu, corpus recepit glorificatum, traditaq; illi est potestas in celo & in terra, factumq; vt omne illi flectatur genu, nomenq; super omne nomen habeat. Præuidensq; ipse futuro aliquādo annos ab omni pietatis fructu steriles, euangeliorum frumenta selectissima congestit, quæ illius distributa diuisaq; consilio omnium necessitatibus subuenirent. Quis non dicat, frumens ta esse selectissima diuina præcepta, consiliaq; salutaria, quæ Christus aterni sapientia patris, vt non corporum, sed animorum necessitati, quæ erat laboraturus orbis, ample consuleretur, sacris volu minibus velut horreis conclusit, equibus omnibus omnium

Ad tit. 3.
Heb. 2.
Eph. 4.
Math. 15.

Eph. 1. &
2. 1.

Math. 28.
Eph. 1. d.
Phil. 2.

omnium necessitatibus caueretur & vnde de prus
denti, suoq; & loco & tempore sanctissimi huius
Luce. 12. c. tritici distributione facienda cum loqueretur Chri
stus, inquit. Quis putat est fidelis seruus & prus
dens, quem constituit dominus super familiam suam,
vt det illis in tempore tritici mensuram?

CHRISTI RESVRRECTIO
in plurimis præ monstrata.



IN gloriosa Christi & admiran
da resurrectione, quæ mundo tantam
tulit gloriam, quæ iacentem in pecca
to suscitauit hominem, eiq; inferni sepulchro in vi
talem auram eduxit, quæq; vernare fecit tempora,
& letitia repleuit orbem, cum propter delicta nos
stra mortuus, propter nostram iustificationem re
uixerit, cuius inquam, robustissimus Sanson ab incir
cūcis Philistæis obsesus, cuius odibus adhibitis, am
bis portarum fores cum postibus suis baiulans hu
meris, victa morte, inferno superato, cluis pestis
mæ gentis machinationibus, liber & gloriosus eua
dens. En inclutum ac gloriosum adolescentem
Dauid e cōgressu cum Goliath immani hoste, quæ
lapidis ictu prestrauerat, gladioq; ab humeris cas
put abscederat, victorem cum gloria redeuntem,
cui pæna suauissimum occinunt puellæ. Ita enim
Sathana

Resurrectio
nis typl.

Rom. 4. d.
Iudi. 16.

I. Reg. 17.

Sathā superatus est ictu petra, quæ Christus erat, Reg. 18.
iusitit. q; gladio abscissum potestatis tyrannidisq;
caput, quam in mundum exercebat. En Danie
lem virum desideriorum, qui tantopere humani
generis salutem expetiuerat, ob inuidiam satrapa
rum demissum in lacum leonum, virum exētem, Dan. 5. 32. 6
redeuntemq; longe cum maiori gloria suaq; gentis
iubilo, quam antea fuerat cum ignominia & ma
rore detectus. En Iob, cui in terra nullus erat ius
Iob. 1.
stitia similis, vlcere percussus, qui visus est sua
mississe, cum factus est sicut mortuus à corde, cum
non erat illi aspectus, cum à planta pedis vsq; ad
Psa. 50.
uerticem capitis non erat in illo sanitas, en splen
Eia. 1.
didus, gloriosus, & cui reddita sunt duplicia, cum
pro passibili corpore erumnis & laboribus expos
Iob. 42.
situs, corpus impassibile, & gloria fulgidum acce
pit. En Mardocheum virum iustissimum, qui ci
Heb. 6.
licio incedebat indatus, dum superbus florebat A
man, vigebatq; mortis sententia in suam gentem
prolata, qui, exutis iam vestibus lugubribus, mor
tali vt pote corpore, glorioso induitur, deuicto
Sathana, cuius umbra superbus ille extitit, mor
tisq; sententia reuocata, cui populus suus ob Ada
mi delictum subiacebat. Per vnum enim hominem
mors intrauit in mundum & ita in omnes homi
nes mors pertransit, quia in illo
omnes peccauerunt.

Christi

CHRISTI AD SVBLEVANDOS
peccatores pietas in Dauide.

Christi clemētia & iustitia in homines.

PRIMO Regum .22.

Conuenerunt ad Dauid, qui erant in angustia constituti; & oppressi ere alieno; & amaro animo; & factus est eorum princeps. Agnoscentes

Dauid magnanimitatem, & animi propensionem ad subleuandos quacuq; afflictione laborātes, ad eum confugiebant, qui labore aliquo premebantur. In quo mira Christi in homines clementia, & singularis amor præsignatus est. Qui quod maxime optat, illud est, vt qui in angustia constituti sunt, ad eum confugiant. Qui dilatat corda, dilatat gressus, & constituit suprapetram illorum pedes, qui in afflictione sunt. Est enim prope dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & preces eorum exaudiet. Est iuxta his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluat. Est & pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui in tribulatione consolatur. Optat etiam, vt conueniant, qui alieno ere oppressi sunt id est peccatum censu, quem diabolo persolunt, dum exhibent mēbra sua seruire iniquitati ad inquitates

Psal. ii 8.
Ibi. 17.

Psal. 144.
Ibi. 33.

2. Cor. I.

quitatem. Quod merito as alienum & opprimens dicitur. Cum à fide alienissima peccata sint, vt quæ ea sub interminatione æternæ pœnæ prohibeat, & ea sint, quæ magis opprimunt homines, quam plūs beati massæ pōderis indicibilis. Sicut enim onus graue, grauatur super illos. Conueniunt etiam, qui amaro sunt animo, vt sunt omnes, qui vitam turpiter actam desunt, corruptosq; suos mores, qui potum lachrymis miscēt, stratum rigant, eo quod in eum deliquerint; à quo tot, ac tanta bona ineffabili largitate receperunt. Conueniunt amaro animo diuini spiritus dulcedinē recepturi, quæ omnē peccatorum amaritudinem delet, & corda gaudio quodam secreto suffundit, redditq; letas spe veniæ lachrymas, & iucunda suspiria. Gaudetq; ipse eorum princeps fieri, & dici. Venit enim peccatores saluos facere, venit curaturus infirmos, venit refecturus laborantes, consolaturus afflictos, compassurus pœnitentium.

Psal. 57.

Psal. 6.

Luc. 19.
I. Thim. I.

CHRISTVS LIBERTATE DONANS suos, & præclaris honoribus illustrans in Salomone.



TERCIO Regum. 9. Vniuersum populum, qui non fuerat Israel, fecit Salomon tributarium, de filiis autem Israel

E non

Christus ad non constituit seruire quemq; , sed erant viri bella
 eximios ho- tores, & ministri eius, & principes, & duces. In
 nores euellit suos. quo Christi in Christianos homines, quos præsi-
 gnauit Israel, inidicibilis præ monstrabatur amor.
 Qui cum verus Salomon sapientia plenus, & pas-
 cis amantissimus extiterit, vniuersum populū, qui
 nequitia sua non est de Israel, tributarium facit.
 Cum eos exhibere permittit membra sua seruire
 Rom. 6. d. iniquitati ad iniquitatem, vt sint peccati serui, cui
 2. Pet. 2. d. miserandi, ac deploranda tributa soluunt. Quæ
 per uitio illis è propijs secleribus, è q; corrupta vo-
 luntate contingit. Suos tamē Christus libertate do-
 Rom. 6. d. nauit, ita vt serui iam non sint, sed liberi. Et tali,
 tanq; nobili gaudeant priuilegio, vt filij Dei
 I. Ioan. 3. a. nominentur, & sint Christi fratres & regni cœ-
 lestis coheredes. Ita Paulus, ipse enim spiritus tes-
 Rom. 8. timonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei su-
 mus, quod si filij, & heredes quidē Dei. &c. Hos,
 vt collati sibi honoris, supernèq; dignitatis iactus
 ram non faciant, constituit bellatores, vt infracto
 Eph. 6. e. animo & pectoris e cum vitijs congregiantur. Non
 enim est illis colluctatio aduersus carnem & sans
 guinem, sed aduersus principes & potestate, ad
 uersus mundi huius rectores tenebrarum harum,
 contra spiritalia nequitie in cœlestibus. &c. Hor-
 taturq; , ne in tam periculoso bello succumbāt, sed
 lorica fidei induti, gladio salutis armati, spei gas-
 lea teq;

lea testi, diuina ope sulti, hostium victoriam etiā
 cum vitæ dispendio curent. Neq; enim coronan-
 tur, nisi qui legitime certant, estq; christiana vita
 2. Thim. 2. militia super terrā, & christiani omnes milites. Mi-
 Iob. 7. nistros alios constituit, vt sunt, qui cœlesti doctri-
 na edocti, & Christi vestigia sequentes, etsi ma-
 Luc. 12. iores sint, sunt sicut qui ministrant, suntq; omnium
 serui, in humilitate superiores reliquos arbitrans
 tes, & honore præuenientes. Alios constituit prin-
 Mat. 10. cipes, vt sunt, qui christiano præ sunt populo, qui
 eum legibus moderantur, illius pacem & tranquil-
 litatem querunt. Duces alios, vt sunt, qui christias
 nas copias & exercitus vita & doctrina ducunt,
 præeuntq; illis, non sicut dominantes cleris, sed
 I. Petr. 5. forma facti gregis ex animo, ducentes illos per
 vias pacis, per semitas iustitie, curantes quæ con-
 moda illis futura sperant vitantesq; mala, & his
 honoribus, qui vere honores sunt solidi ac firmi,
 his dignitatibus, quæ vere dignitates sunt cum di-
 gnis hominibus contingant, suos nobilitat Deus,
 summe cupiens vt quisq; debite ac fide
 suo fungatur munere, vt quos
 temporantis extulit
 bene
 ficijs, possit extolles
 re aters
 nis.

PECCATORVM IN BAPTIS
mate submersio, in submerso Pharaone illiusq;
diro exercitu.

Baptismi
virtus.
Aug tom. 5.
in euang.
Ioh. trac. 3.
I. Cor. 10.



X O D I A. Cum Pharaeo armato in
numerabiliq; exercitu Israellem persequeretur,
venturq; esset ad mare, nec ab incepto
dirisimus rex desisteret, in columi Israele,
mersus ipse est vna cū impia illa Aegiptiorū
multitudine illū sequenti. Quo factio adūbrata
saulus est, quæ hominibus per baptismū contingit.
Ita Paulus, patres nostri in mari baptizati sūt.
Quid enim? non ne Pharaone peior, & maiori
homines persequens odio tenebrarū princeps
Sathanas? & illius malignorū spiritūū exercitus
vritiorūq; herēda phalanx? superbia, inuidētia,
furor, auaritia ac reliqui animorū hostes?
Nonne quasi hasta tres mens ire impetus?
Nonne quasi e frenes equi voluptates animi
vexantes, & quo volunt, trahentes? Nonne
ut i. cula sunt sermones, quibus inculpati
fama transigitur? mergūtur ista omnia, euas
ditq; ē baptismo liberatus, & victor homo.
Sed caueant, quibus tam eximium beneficium
diuina clementia cōtigit, ne ē submerso
exercitu, extinctaq; hostium multitudine,
exurgere faciant aliquos elatum habentes
animū, cor inuidens, peccatus duplex,
ac totum deniq; corpus voluptatibus deditum.

enim

enim abluti sunt, vt se inquinent, non empti, vt
vili veniant pretio, non à peccato liberati, vt illi
se iterum ignominiose submitāt. Absint enim
ista, vt diuus monet Paulus, an ignoratis,
quia quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu,
in morte ipsius baptizati sumus? cōsepulti enim
sumus cū illo per baptismū in mortē, vt
quomodo surrexit Christus à mortuis per
gloriā patris, ita & nos in nouitate vi
te ambulemus, vt populus simus bonorū
operū sectator. Vt quæ admodū Christus exurges
à mortuis, ita & nos ipsi mortui peccato
simus, viuētes autē D:o in Christo Iesu
domino nostro, vt peccatū nō regnet in
nostro mortali corpore, sed abiicientes
omnia tenebrarum opera induamur arma
lucis.

Rom. 6.

PASSIO CHRISTI PRÆSIGNATA IN DAUIDE, CŪ ILLŪ PERSEQUEBATUR ABSALON



SECUNDO Regum. 15. Maximam
acerbissimæ passionis partem, quam Iesus
seruator noster pro humano genere
passurus erat, adūbravit Dauid Propheta
regius in persecutione, quæ vt hostis
infernissimus persecutus eum est Absalon,
alioqui filius charissimus. Absalon
forme gloriæ elatus ac ferox, cesarie
luxurie nimis sibi placens, nepharijs
sceleratisq; con-

Christi calas
mitares & la
bores.

E 3 filijs,

filijs patri molitus est exitium, vt sibi regnum illius usurparet. Quod fecit in Christum iudicis populus placens sibi, nimis ac nimis superbus ob legem à Deo traditam, ob progenitorem Abraham, ob Dei magnificas pollicitationes, ob templi celsitudinem, ob sacrificia, ob ceremonias, ob scribarum denique ac phariseorum auctoritatem, quibus omnibus detrabere iudicabant eum, qui ad consumendum perficiendumque ea venerat. Adfuit Absaloni Architophel, qui cum prius intimus & familiaris Dauid esset, illius proditor effectus viam indicabat, qua vno Dauide extincto, regno potiretur. De quo, cum quereretur, aiebat. Amicus meus & proximus meus, qui simul mecum dulces capiebat cibos & iterum, si inimicus meus maledixisset mihi. Adfuit populo Iudas è discipulo domini proditor factus, qui viam illis indicauit ac locum, quo Christum mirisimum Dauid inuenirent, signum, quo eum agnoscerent, exhibuit. Dauid fugiens ac pedes torrentem Cedron transit, periclitantibusque consilium, ne in commune periculum veniant, reportarique iubet in Hierusalem arcam, vt ex domini oraculo res fiat, non humanis presidij & industria. Respondensque res gesta imagini ita expresse, saluator noster ante mortem eundem transiit torrentem. Cumque sibi periculum immineret, suis consulit, si me quartis, sinitite hos abire, sequi patris voluntati dimittit,

& eius

& eius consilio vult omnia geri, sicut (inquit) voluntas tua, non mea. Semei reliquæ Saul Dauid conuicijs insequitur, & in se lapides coniecit, inquit, egredere, egredere vir sanguinum & vir Belial. &c. Que prestitit ingratus ac male sanus populus in Christum regem sempiternum, nunc cum famam ritatum appellans, nunc quod demonium haberet quin & in cruce pendens audiuit conuicia formis danda, magis quam vili lapides. Et quem admodum Dauid transfuges precabatur, vt puerum suum Absalonem seruari sibi, mansuetudinis ac patientie mirabile exemplum. Ita agnus noster, cum patiretur, pro crucifixoribus patrem obsecrabat. Postremo respondent rerum exitus. Dauid diuino presidio in regnum restitutus, & aduersariorum victor factus hymnum canit liberatori suo, dicens. Propterea confitebor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo, magnificas salutes regis eius, & facies misericordiam Christo suo Dauid. Christus denictis hostibus per mortem suam, & regno sibi parato dicit. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Architophel rediens in domum suam laqueo se suspedit. Iudas iscariothes reuersus in conscientie peruersissima domum simili modo perijt. Porro cum iudicum populum suis ceremonijs legibus, & sacrificijs affluxit videmus, sic vt nec caelo ponatur alienus à Christo, nec terra oppressus vniquam, afflictus, & profligatus

E 4

tus 2

2. Reg. 17.

Psa. 97. 54.

Psal. 54.

Marc. 14.

2. Reg. 15. 16
17.

Ioan. 18. 6.

2. Reg. 15.

Ioan. 8. f.

Luc. 23.

Psa. 17. g.

Mat. 28.

AA. 1.

tus, non ne videmus Absalonem capillis suis inuasitum, miseręq; pendentem, cui exitum fuit, in quo gloriabatur? gloriabatur si quidem velut aureis capillis suis cæremonijs iudæicus populus, sibiq; in illis maxime placebat, eratq; illi gratissima cæsaries, quibus reliquis populis se præstare plane nouerat, vt pote qui sine lege & cæremonijs aberrarent. His superbiens, Christum assertorem patremq; suum intestino persequutus est odio. Euenitq; illi, vt diximus, quod ingrato inobedientięq; Absaloni. Pendente enim adhuc cum vides cæremoniarum rituumq; cæsarie, ita vt neq; potius tur solo, neq; potius tur cælo, cum nullus illis propius sit in orbe locus, sed vbiq; ex torres sint, & varijs laboribus ac contumelijs merito affecti, illorumq; nomen exosum, irrisui & contemptui omnibus habiti, qui inanem illorum sui Messie expectationem varijs iustissimisq; modis irrident, & subsannant, vitam à gentes miserie & ignominie plenã, sine lege, sine rege, sine sacerdotio. Vt eos dicas errantes lepores aut vulpes, nam ouium nomine indignissimi sunt, neq; potentur Cælo, certo certius, cum renatis tantum ex aqua & spiritu sancto, vnaq; fide præditis illud contingat, & vtroq; miseris illi careant. Vides ergo quam misere percat pulcher quondam

Absalon,

PASSIO

PASSIO CHRISTI ET VICTORIA illa obtenta in Dauide Goliath prostrati.

PRIMO REG. XVII. Dauid adolescens, rufus & pulcher aspectu, exarmatus gladio Saulis, & galea ærea, ponderosaq; lorica, singulari certamine cõgreditur cum superbo Goliath, cuius fiducia erat in lacertorum robore, in clypeo, hasta, & gladio, & cum lapidis ictu deijcit, proprioq; gladio illius caput amputat, & cum ingenti gloria illum vincit, & populum Israël in libertatem asserit ex imminenti illum periculo liberans, quod illos vrgebat. In quo mirè adibratum est redemptionis nostræ mysterium. Christus si quidem verus Dauid iuxta carnem adolescens fuit, nouus Adam qui totius mundi senium sustulit, in nouatorq; nature, rufus, totus ardens charitatis igne, animosus sed in nomine domini, pulcher aspectu, quia plenus gratia, qui speciosus forma præ filijs hominum, in quo mirè complacitum est patri, totus desiderabilis. Is fortem aggreditur armatum Philistinorum agminum præfectum nimis sibi fidentem. Aggreditur illum tamen non armis Saulicis, fastu, & superbia, sed exarmatus, egenus factus pro nobis, mitis humilis, agno potiusquam leoni similis, illumq; doctrina sua deijcit, & proprio gladio transfodit. Proprium enim gladium

L. liberta
suis donata
a Christo.

Ioan. I.
Psal. 44.

E 5 eredis

Osee. 13.

crediderat esse Sathanas Christi mortē. Hac illum
extinguendum, illius memoriā abolendā putauit.
Sed cessit victoria victo, & intentata morte cora-
ruit ipse, & hoc gladio caput illi, id est, potestas,
qua in genus hominū grassabatur, ablata. Factūq;
Christi mors, mortis mors, et inferni morsus. Sicq;
princeps mūdi ciectus foras, & populus Israëliti-
cus liberatus ab hoste ita diro, seu, & impio, ni di-
lexerit magis tenebras q̄ lucē, & ē peccato, eiusq;
autore Sathana seruus fieri maluerit, ē quo tā glo-
rioso facinore fuerat liberatus. Quātopere fue-
rint Israëliti, & corū potissimū floridæ adolescēs
tulæ triumphatori Dauid gratæ, quātiq; habuerint
beneficium non illis sed toti collatū populo, ex ea-
rū publica lætitiā, applausuq; cōmuni, ē tympanis
bene sonantibus, ē hymnorū in illius laudē sonoro
concentu, cum ita tiebāt, Vicit Saul millia, & Das
uid decem millia, fiet consideranti manifestum. Ve
etiam ex hoc facto discant adolescentulæ animæ ē
hoste tan seuo, ē captiuitate tam dira tanta Chri-
sti Dauidis speciosissimi nostri gloria creptæ gras-
tias agere, hymnos liberatori canere, illi per oīa
obsequi & obedire. Hisce magis tenellis puellis sit
miles, quam fero in gratoq; Sauli, cuius immanē in
gratitudinē, & durum pectus exprimunt, qui sce-
leribus, & seuitia quidā cordis offendunt illū, cui
se, libertatem, vitam, omnia deniq; sua debent.

CHRIS

CHRISTVS DOCTRINÆ SVAVI-
tate à vexatione malorum spirituum liberat
animas in Dauide cytharædo.

PRIMO REG. XVI. Dauid, cū in plu-
rimis Christum dominū expresserit, inagoq;
illius, ac figura exiiterit, extitit etiam in eo, quod
prestantissimus fuit cytharædus, qui lyra concen-
tu ita Saulcm demulcebat, vt furorem, quo ab spi-
ritu malo agitabatur, temperaret. Fuit siquidem
Christus modo mirabili & cytharædus, & cytha-
ra. Nōne corpus illius sanctissimū cythara fuit, q̄
spiritus cœlestis ē purissimā virgine purissimū cō-
cinnauit, & ab omni terreni lumi cōtagio prorsus
immune cōpegit? Hæc cythara per omne tēpus,
quo Christus in terris visus est, & cum hominibus
conuersatus, nunquam emodulari desijt patris
gloriam. Sive dū mirabiliter nascitur, mirabilius
adolefcit. Sive dum diuinæ virtutis & potentie
scintillas ostendens verbo sanat egrotos, visum
restituit cæcis, mancos ac debiles reddit integris
tati, leprosos mundat, iussu demones expellit,
tempestuosum mare sedat, in vitam reuocat mors
tuos, horum omnium laudem & gloriam patri
transcribens, quam se in omnibus querere toties
dixit. Ego non quero gloriam meam, sed que-

Christi do-
ctrina suæ
vltima.

Ioan. 8.

honor

honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ad hæc, dum assumptæ humanitatis veritatem ostendit, & astringit, ieiunans, orans, esuriens, sitiens, lascescens. Sua etiam cythara omnem prophetiam expleuit: dum declarat, se absconditos hominum cogitatus nosse, dum scripturas aperit, docens adesse iam tempus, de quo tot ac tanta vaticinia ediderant Prophetæ: dum mortem suam & resurrectionem prædicat, & in cælos reditum: paracletum promittens, præmonensq; Apostolos multa pro sui nominis gloria passuros: cecinit etiam modulatissime, vt ostenderet se summum in extremo actu artificem, cum membris omnibus in cruce distentis, melos edidit patri gratissimum, saluberrimum nobis. Quid amabilius, & mirabilius ea voce, qua pro suæ necis autoribus patrem precatus est? iniquiens. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Erat enim huiusmodi vox perfectissime cuiusdam charitatis. Extremam vocem edidit gloriosus & egregius cytharædus valido clamore, cum paternis manibus cõmenlauit spiritum, ac mox expirans, volens deposuit animam. Huius chordæ sonitus tantum valuit, vt ad eius vocem velum templi à summo vsq; ad inum disruptum sit: terra coarscussa, scissa petreæ monumenta aperta, complures mortui excitati: satellites territi, sol obscuratus. Obmutuerat hæc cythara paupulper corpore domini

Luc. 25.

mini in sepulchro recondito, ac non sustinuit pauper suauissima cythara diutinum silentium. Excisat enim eam, inquit: Exurge gloria mea, exurge psalterim & cythara. Cui mox respondet cythara Exurgam diluculo. Loquutaq; cythara est vaticinium diluculo, siquidem surrexit dominus, illustraturus gloriam patris per vniuersum orbem. Quamquam & idem cytharædus & hodie nobis in literis sacris canit: canit etiam per ipsos de ceteris res, dum nolis sanctissimam illius, suauissimamq; doctrinam sonant: qua tot Saulces impijs vexati spiritibus temperantur, & mitescunt. Ea hodie sanatur egrotos, pellit demones, mortuos excitat, dum insanus cupiditatibus liberat, quæ animorum sunt morbi: dum à peccato eripit, cuius seruus, qui peccat, efficitur: dum ab impia vita ad studium reuocatur pietatis. &c. Sed non desunt hodie Saulces iniquissimi: qui huiusmodi cytharædus, eo quod musicæ suæ cõcentu à tam miseris cruciatibus curret eos liberare, lancea velint transfodere. Cum, vt superbiam demittant, admonentur, vt proximorum odium deponant, iniustos quaestus vitent, inhonestarum foeminarum consortia fugiant, & quidam quid diuinis præceptionibus est aduersum, tunc efferrantur maxime. & in huiusmodi artifices linguæ lanceam vibrant. Et si auderent, peiora, indignioraq; dictu aggredierentur. Feceruntq; id in summum

Psalm. 56.

mum artificem sepius scribæ, & pharisæi capitali
 quoddam odio: eo quod illos mirabili suæ doctrine
 concœtu, quæ nullibi vnquam dissonat, sed semper
 est concors, ab spiritibus malis, quibus agitabatur,
 nitēbatur liberare. Nōne lanceā iaculabantur, cum
 potatorem, voracem, Publicanorum amicum cum
 appellabant? cum se lapidibus armarunt, vt illis
 eum peterent? Propter quod, qua solet, suauitate
 dixit cytharædus, multa bona opera vobis feci,
 propter quod eorum lapidatis me? Præterea, cum
 dixit: Si non venissem, & opera non fecissem, quæ
 nullus alius fecit, peccatum non haberent. Quibus
 verbis ostendit, se musicorum omnium esse præ-
 stantissimum, atque ex musicis, qui ab orbe condito
 fuerunt, etiam si Mosem, Esaiā, Hieremiam, ac
 reliquum Prophetarum chorum vna cum ipso Sa-
 lomone ipsiusq; patre Dauide cum illo conferas,
 indignos esse, quamuis eximij fuerint, musicorum
 nomine: ni ex eo esset, quod illius musici fuerint:
 eorumq; lyre ab illo temperarentur, & pulsaren-
 tur. Quod cōfirmant ipse, dum suæ musicæ cons-
 cinnitate ritæ ac doctrine sisus, etiam aduersa-
 rios suos, & meros calumniatores, qui nihil mo-
 liebantur magis, quam nominis illius splendorem
 obnubilare, iudices simul ac accusatores consti-
 tuit: inquit. Quis ex vobis arguet me de peccas-
 to? Vbi concentum cytharæ suæ cum fuisse osten-
 dit

Matth. 11.

Ioan. 8.

Ioan. 15.

Ioan. 8.

dit plane, qui nec ab ipsis inimicis posset merito
 vel in vno chordarum ictu, punctiq; vnus disson-
 nantia notari.

INGRATITVDO HOMINVM IN

Christum, qui miris illos beneficijs afficit, in
 Saule Dauidi ingratisimo.

PRIMO REG. XVII. Venerat in Ise-
 rælitica castra Dauid, miræ pulchritudinis,
 & virtutis adolescens, & Saulē, populumq; suum
 misere afflictū ob immanis gigantis exprobratio-
 nem, & metum, probre liberauit, obtenta Gigan-
 tis victoria, capiteq; quod lapide percusserat, ab
 humeris proprio gladio abscisso. Temperaueratq;
 sepius cytharæ suæ cōcentu suauissimo furorem,
 quo à malignis spiritibus vexabatur. Sed qui gigā-
 tem superabat, qui furorem cātu abigebat, dirum
 & ingratum Saulis pectus non superauit, adhuc
 siquidē, inter ipsos chordarum ictus & pulsatio-
 nes, lanceā, qua eum trāsuerberaret, iaciebat. Orā
 clamydis absciderat in specu latē, quo ventrē ex-
 oneraturus fuerat Saul ingressus. Lanceam, &
 aquæ scyphū ad lectū illius positū acceperat, ipso
 vniuersoq; illius exercitu dormiente, nec vnquam
 tot, tantisq; cumulatis beneficijs, mitigata omnia
 non est Saulis ira: sedatum præterea depositū odium,
 quod

Hominū in
 Christum in-
 gratitudo.

1. Reg. 24.

Phi. 5.

Ioan. 7.

quod tam iniuste in virum conceperat iustissimum
 & optime de se meritum : in quo Christi mirabilis
 adolescentis indicibilis in populi Christianum
 pietas animusq; amore flagras fuit praesignatus.
 Venerat siquidem in Israelitica castra a patris si-
 nu, nobis subuenturus in terram, non armis Sauli
 cis, fastu, diuitijs, famulatu, imperio, turgens : sed
 in similitudinem hominum factus, habitu inuentus
 vt homo. Venerat pastoris ornatu, mitis, humilis,
 mansuetus. Venerat fortem armatum superaturus,
 quē ferus ille praesagiebat Goliath, suoq; tempore
 superauit illum, qui diram tyrāidem in populum
 exercebat: cum omnia cōclusa esse sub peccato
 causaretur, exprobraretq; ipse omnes irae filios
 esse. Venerat, & lyra suae, id est, doctrine con-
 centu populum Israeliticum, quem praesignabat
 Saul, demulcebat, non tantum vt mitius ab hostibus
 animi vexaretur: sed vt liberaretur omnino.
 Eratq; sonus ita suauis, vt eorum pleriq; faterentur,
 nunquam sic hominē fuisse loquutum: nec lyram
 tam suauiter pulsatam. Fuit populi haec ingrati-
 tudo, vt inter ipsas chordarum pulsationes
 (quod diximus de Saule) cum Christus regnum
 coelorum praedicaret, cum vitae malae actae poenitentia,
 cum morderetur corporis languoribus, idq;
 efficere mitteretur, & praestare, lanceas iacularen-
 tur. Nonne lanceae, cuspidisq; acutissimae tibi videntur.

Matth. II.
Luc. II.

tur. Vorax est, & potator vini: hic homo non est
 à Deo: In Beelzebub principe demoniorum demo-
 nia eijcit: demoniū habet. Cumq; in potestate illius
 esset, plus longe quam Saul in Dauidis manu, cum
 aut chlamydis oram abscidit, aut lanceā & aquae
 vasculum sustulit: non tantum illum morte afficie-
 bat, sed illius mortuos; quod nullus vnquam fecit:
 Dauid, in vitam reuocabat: cumq; liberum illi es-
 set corpora, corporumq; animas in gehēnam mittere,
 nihil magis quam illorum salutem curabat.
 Quod praestitit in saulem Dauid: illi nocere minime
 permittens suos, nec tamen desistit scelestus,
 & ingratus populis, aut emolliuitur est: donec eum
 (quod non potuit in Dauidem Saul) in mortem
 adiecit acerbissimam, ignominiae & dedecoris ple-
 nam. Contigit tamen illi, quod & Sauli. Cui cum
 pepercisset Dauidis gladius, occubuit proprio, &
 ita quem Dauidis nostri gladius, id est, debita
 tanto sceleri poena, corporis vita non priuauit,
 priuauit animi gladius proprius, id est, propria
 iniquitas, impietas, scelus, & obstinatio. Israel
 que perditio ex ipso est: nō ex Christo: qui tot mo-
 dis, tantaq; pietate illorum salutē curauit. Qui nihil
 debuit facere vineae suae, quod non fecit. Qui
 illorum iniustum odium, doctrina, miraculis, benefi-
 cijs, longanimitate, patientiaq; sua, misus fuit in
 amorem conuertere, vt tempestiue suae ipsi consulerent

F

sulerent

Tit. 2.

I. Pet. 2.
Typi applicatio alia.

Psal. 158.

siderent animi saluti : & ipse illum redimeret, & mundaret ab omni iniquitate : vt populus esset bonorum operum sectator , acceptabilisq; illi : vt essent verbum vitæ continentes , vocati è tenebris , in admirabile lumen Christi . Poterit etiam huiusmodi typus , nobis sic adaptari , qui verum Dauidem Christum dominum , vel vt Saules in grati , quoddam modo persequimur , cum illius præcepta transgredimur , carni habenas laxantes , odio nos mutuo persequentes , diuitijs plus iusto inhihentes : fugaces honores etiam cum illius iniuria ambientes , qui eum suavis sit , mitis , & multa misericordiae , & eius miserationes super omnia opera eius , longanimis , & multum misericors , non statim debitam sceleribus nostris vindictam exigit , sed modis mille nostram curat commendationem . Cumq; non semel , aut bis in illius finis potestate , ac manu , sicut Saul in Dauidis , sed semper , neq; effugere illam possumus : si enim ascenderit in caelum , illic est , si descenderit in infernum , adest . Si sumferimus poenas diluculo , & habitauerimus in extremis maris : etenim illuc manus sua deducet nos , & tenebit nos dextera sua : & si dixerimus forsitam tenebrae conculcabunt nos , tenebrae non obscurantur ab illo : & nox sicut dies illuminabitur , non statim cum peccamus , vita priuat , & in tartara (quibus digni eramus)

mittit , sed inexhausta sua , ineffabiliq; mansuetudine , & clementia , nunc chlamydis eram abscondit , id est , honorum , dignitatum , aut prouetuum partem adimit aliquam , nunc lanceam , id est , vires , ac proprium robur , cui confidebamus , merbis , & infirmitatibus debilitat : nunc aquam , id est , potum , & victui communi necessariis tollit , vt contingit annis , quibus , aut ob pluuiæ defectum , aut ob solis caeliue iniuriam aliquam exiles proueniunt fructus , vt intelligentes homines , Sauli similes , in illius potestate , animi , corporisq; sui vitam esse in cuius tempora sunt , & temporum fructus , posseq; illos è vita excludere , qui rectus huiusmodi priuauit , sed ob mansuetudinem , ob pietatem , quæ illi est infinita , expectare illos , vt respiciant , quod si non fecerint , sciant gladio proprio occubituros , quod fecit Saul , id est sua malitia damnandos , ista enim isto sunt adeo animo , vnde super quo percutiam vos vlt. 1. & c. Et Dauid : Visitabo in virga iniquitates eorum : & in verberibus peccata eorum : misericordiam autem meam non dispergam ab eo .

Esa. I.
Psal. 88.

VICTORIA CHRISTI IN DAVIDE
de Goliath lapidis ictu prostranti.

PRIMO REG. XVII. David adolens , pastor inermis , & contemptus , non
F 2 alia

Christi victo-
ria i morte.

1. Pet. 5.


Ioan. 16.

Eph. 2. d.

alia refectus, quam auxilio cœlesti Goliath, viris
bus, & armis iactantem se se funda percussit, &
illius caput proprio gladio præcidit, atq; ita depu-
lit probrum a populo suo. misere afflicto. In ty-
pum, quod Christus, verus animorum pastor mis-
tis, & humilis, pastoremq; princeps non huius
mundi præsidij fretus, non fastosis Saulis armis,
superbia vtpote & feritate, sed noua quadam mi-
rabiliq; ratione, baculo vtpote Crucis, limpidissis
misq; vulnerum, lapidibus deiecturus erat supers-
bum huius mundi principem, vna cum populo suo
in circumciso, atq; hoc nouo facinore animos gen-
ti sue aditurus: cum dixit, Confidite, quia ego vic-
ti mundum, mirabilem hanc inclinatamq; victo-
riam humani genti tantopere necessariam, & tot
retro seculis, & petitam, & expetitam Crucis ade-
ptam baculo, sacrisq; vulneribus, quibus peccato-
rum nostrorum miseranda vulnera sunt medica-
ta: explicuit Paulus. Per Crucem interficere eum
iniuncias, cum dixit, conceptum in nos male de
se meritos odium pacificans per sanguinem Crus-
cis. Sicq; Goliath victus, Philistæi in fugam versi,
& christianus populus opprobrio, periculo, &
& peccato liberatus, cui beneficio vltimam fem-
per ita sit gratus, vt in omnibus Christo
Dauidi suo sanctissimo & pla-
cat, & seruiat.

PASSIO

PASSIO CHRISTI, ET ILLIUS
preciosissimi fusio sanguinis in passeris im-
molatione pro mundanda lepra.



EVIT. XIII. Iubebatur
pro leprosi mundatione duos
passeres assumi, & immolari
alterum in vase fictili super eas
quas viuentes, alterū autem vi-
uum ac liberum dimitti, quo fa-

cto, mirabile nostre salutis archanū mystice fuit
significatū, passus siquidē Christus est, vt lepra in
fectā humanitatē mundaret. ita Paulus. Tradidit
semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni
iniquitate, & mundaret sibi populū acceptabilem,
sectatorē bonorū operū, ac rursus vt idē inquit,
vt exiberet sibi gloriosam ecclesiā non habentem
maculam, aut rugā. Et alibi, de peccatoribus agēs.
Hæc fuistis, ait, sed abluti estis: sanctificati estis. Et
Ioānes. Qui lauit nos à peccatis nostris in sangui-
ne suo, illius adoranda fusione purgationē peccas-
torū faciens. Passus est autē, altero passere morien-
te, scilicet humanitate, quæ & si fictile vas erat, &
sanctissimum, & purissimū, superq; aquas viuētes,
quas ipse Samaritanæ pollicebatur, inquit. Si scio-
res donum Dei, & quis est, qui petis à te bibere: tu
forsitā petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuam.

Christi passio.

Theod. in
Leuit.Tit. 2. d.
Hebr. 9. f.

Eph. 5. f.

1. Cor. 6.

Ioan. 4.

Altro, scilicet diuinitate in cœlumi, ac libero, vt quæ passionis expertus in unumq; esset, sicq; mortaliū lepra curata est pretioso sanguine, cui si aurum, argentū, omnesq; thesauros terræ conferas, puluis fient, vide ergo homo quāti tuæ lepræ mundatio extiterit, & caue, ne inquietans te iterum, & munditiem tantū emptam miser amittas.

PASSIO CHRISTI IN VACA RV
fa quæ pro peccatis populi iuebatur offerri.

Theodo. &
Hug. i Exo.
cap. 2.

NVM. XIX. Cautum erat, vt vacca rufa pro peccato populi offerretur, præfigurans salutari Christi passionē, quæ scelus, & peccatū erat ablatura, rufa tamen erat, vt præsignaret incensum amorem, quo inflāmatus Christus pro nobis male de se meritis erat mortē obiturus, amore enim impulsus ē cœlo descendit, nostrā sibi naturā iunxit, tantopere amorē amās, vt & Deus dilectionis dici, & dilectio ipsa appellari gratum sibi duxerit, & inuicidū. Cumq; de morte, quam nostrū amore spōte erat accepturus, loqueretur. Maiorē enim, dixit, charitatem nemo habet, quā vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Debebat esse nulla notata macula, præsignans etiā Christi innocentia, qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui sapientia fuit, iustitia, & sanctū

Chri passio.
D. Aug. q. 4. r.
per nū. q. 33.

2. Cor. 5.
I. Ioan. 4.

Ioan. 15.

I. Pet. 3.
I. Cor. 1

sanctificatio, & quæ nec iugum unquam subiisset, Christi libertatem subindicans. Est enim quoddam seruitutis iudicium iugum: fuit tamen ita liber, vt nos libertate donauerit, ac liberatos à peccato iustitiz seruos effecerit, qua libera seruitute nulla ingenuitas præstantior, cui si Alexandri, Cesaris, aliorumq; monarcharum, qui tot æditis trophæis maiorem sibi orbis partem subiugarunt, ingenuitatem conferas, mera est seruitus, quod vero extra castra martabatur: præmonstrauit passurum Christum extra in clytē Hierusalem mania: vt Paulus inquit. Exeamus cum eo extra castra, improperium eius portantes. &c.

Rom. 6.

Heb. 13.

CHRISTVS PROPITIATOR HO
minum in propitiatorio.

EXOD. XXV. Propitiatorium, in quo Deus filius Israël propitius fiebat, loquens Moysi mandata sua, Christum præsignabat, in quo humano generi propitius est pater, condonans peccata illius. Ita Paulus. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, utq; reconciliaret inima summis, si rectq; pax nostra, & ē filius ire, gratiæ nos redderet filios, ē cœli cardine in terram venit, atq; ideo & angeli, hymno illo suas uisimo, nocte illi feliciſſima, qua sol iustitiæ

Christus p
pitiator.

2. Cor. 5.

Luc. 2. 1

ortus est mundo, pacem bonumq; Dei, ac propitiam hominibus voluntatem præceiebant, dictusq; Christus est princeps pacis, & qui inimicitias solueret. Ex quibus planè colliges, quam apertè illum propiciatorium adumbrauerit.

Esa. 9.

SANGVINE CHRISTI LIBERANTUR homines à vindice Dei ira, si viua fides ad sit in sanguine agni, quo vngebantur Israëlitarum ædes.

Christi passio & sanguinis illius virtus.

D. Aug. de chatec. rud. cap. 20.

EXOD. XII. Cum Angelus Aegyptiorum primogenita esset interfectorum, agni sanguine inungi Israëlitarum domos, super liminare, scilicet, & postes iussit Deus, ut illorum domos, quæ hoc essent insignita signo, non tangeret, in typum q; qui diuinam iustitiam euadere velint, & ab illa non tradi morti nõ morituræ, sed duraturæ perpetuæ, agni mitissimi, & mæ suetissimi, Christi scilicet Iesu sanguine se se inungant, modo quo præscribemus, & typica illa in vñctione significatum est. Rationalis enim anima, irascibilem, & concupiscibilem habet potentiam, quæ in hoc illi concessæ sunt, ut rationi subsint, & ad fortiter agendum, & magna in trepidè aggredicendum, quod fecere sanctissimi nostræ religionis herodes, irascibilis concessa est, ut illa

ut illa excitetur homines, ut feratur tamè ad fruitionem bonorum, quæ vere bona sunt, & in quorum assequutione mirabilis quæedam & mire pura sita est voluptas, concupiscètia est data. Est ergo ratio velut superliminare, ut quæ hisce potentis sit superior, & cui subsint istæ prædictæ vero potentie veluti postes, quibus ipsa ad agenda, faciendaq; innititur, quæ omnes sanguine sunt inungendæ, sic tamen, ut suus semper seruetur ordo, quod qui fecerit, vitabit proculdubio angelum diuinæ iustitiæ ministrum, ne, debitas ut sumat pœnas, illorum domos ingrediatur. Si vero peruersus fuerit ordo, & quæ debebat imperare, parer, quæ parere, imperat, quæ debebat præesse, subijcitur, quæ subijci, præest, & suo deturbata loco ratio conculeatur effrenesq; hæ animi vires in illicita feruntur, tunc nulla sanguinis vis resistet, fides siquidem, si opera desint, quæ illa digna sunt, à vindice iustitia nõ liberat homines.

CRUX CHRISTI ET ILLIVS virtus mirabilis in ligno ad dulcorandas astringas iusto.



XOD. IV. Cum transacto iam mari, populus israeliticus ad locum peruenisset, ubi fons erat aque ob suam amaritudinem

Terræ enim durescit, di-

tudinem impotabilis, iactum est à Moysè lignum,
 quod aquarum naturam ita mutauit, vt è amaris
 dulces, è impotabilibus suaves reddite fuerint, quo
 factò adumbrata est mirabilis dominicæ crucis vir
 tus, & adoranda efficacia: erant enim quondam
 amarissimi labores, qui fontis instar in hominum
 genus fluebant, & quos nec ferre possent, nec si
 possent, vellent, iactò tamen in eos crucis ligno,
 cui Iesus niueus, & immaculatus agnus, fuit affis
 xus, frequètiq; illius meditatione, ita tēperātur, vt
 amabiles fiant, aspicientes ad autorem fidei, & cō
 sumatorem Iesum, qui proposito gaudio sustinuit
 crucem: quis exilium, verbera, carceres, membro
 rū contusiones, ferreas ungulas, & pectines, & id
 generis innumera supplicia impia crudelitate ex
 cogitata, non exhorrescebat? quotusquisq; quæ la
 boriosa sunt, famem, sitim, vigiliis, nuditatem &
 eremum amabat? iam vero iactò hoc ligno in la
 borum aquas, gaudent discipuli, quod pro nomine
 Iesu digni sunt contumeliam pati, gaudet Paulus,
 & incredibili quadam lætitia exultat, cum inquit
 repletus sum consolatione, superabundo gaudio
 in omni tribulatione, ac rursus, cum leues, ac mos
 mentaneas eas appellat inquiens, id enim quod mo
 mentaneum est, ac leue tribulationis nostræ ingens
 gloriæ pondus operatur in nobis: & alibi, existit
 mo quod non sunt condignæ pāsiones huius tem
 poris

Damasc. li. 3.
 ad. orth.
 Reddidit.
 Christi passio
 sic labores
 suaves

Heb. 12.

Act. 5.

2. Cor. 7.

2. Cor. 4.

Rom. 8.

poris ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nos Iacob. I.
 bis & hoc animo Iacobus hortabatur Pios, gaus
 dete fratres cum in varias tentationes incideritis,
 scientes quod probatio fidei vestræ patientiam os
 peratur, ac deniq; hoc ligno animati, semet ipsos
 homines abneqant, lignum id est crucem suam tol
 lunt, & Christum sequuntur, sustinentes iuxta as
 postoli doctrinam, vt conregnent cōmorientes. vt
 cōuiuunt, ac ita alacri, nobiliq; animo labores obla
 tos non excipiunt tantū, sed cum iubilo, actioneq;
 gratiarum excipiunt, igni suam, delitiosamq; vitā,
 vt pernitosam aspernantes eam elizunt, quæ in
 mortificatione affectuum, & laborum tollerantia
 consistit, videas apostolicum senatum, inuictum
 martyrum exercitum, poenitentium numerosam
 multitudinem, virginum floridissimum, virilemq;
 chorū fecisse ista, posterisq; ad imitandū mirabi
 le reliquisse exemplū. Potuit etiam, & iactò illo li
 gno aquarū naturā ita mutanti, salus, quæ nobis
 amarissimis peccatoribus per crucis lignū contis
 git, presignari, cū enim essemus omnes peccato in
 fecti, iræ, & amaritudinis eramus filij, Deo ingra
 ti, & insipidi, recōciliati tamē sumus & in diuinā
 amicitia reducti per lignū, cui affixū est chirogra
 phū, quod cōtra nos erat, ac ita liberati à peccato,
 quæ amaritudine nulla maior, serui autē facti iusti
 tiæ, quæ seruitute sicut nulla liberior, ita nulla suau
 ior,

2. Tim. 2.

uior, hominesq; qui sicut aqua dilabimur, diuino palato hoc pacto effecti sunt grati, interfecit si quidem Christus vita nostra inimicitias in cruce.

Eph.2.

CHRISTVS SPIRITALIS CIR
cuncisionis auctor in lapideo cultro.

Origen, hos
mi.5.Spiritalis
circuncilio.

LOS. V. Præmonstratus itis de fuit Christus in lapideo cultro, quo æternus pater iussit omnes Israelitæ circumcidi, prius quã promissionis terrã ingrederentur: vult si quidem, spiritalis omnes Israelitæ circumcisã habere corda à carnalibus affectionibus, à mundi amore, à Sathas nã imposturis, ante quam cœlum ingrediãtur, nec corda tantum circumcisã vult: sed circumcisos oculos ab omni illicito, & inhonesto aspectu. Quod manifestauit, cum dixit, qui viderit mulierem ad cõcupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Vult & circumcisam linguam, cum dixit, de omni verbo ocioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij: vult circumcisas aures, ac septas spinis, ne linguam nequam audiant. Vult circumcisas manus ab omni opere inutili, & iniusto. Deniq; omnem hominem vult circumcisum ab ijs, in quibus diuina eius bonitas leditur,

Mat.5.

Mat.12.

& inius

& iniuria afficitur. Huiusmodi autem circumcisio, non sine hoc lapideo cultro, sineq; eius adiuueto, & ope fit: de hac loquens Paulus inquit. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo seruiuimus. Et huiusmodi circumcisionem cordis, in spiritu non li tera appellat.

Philipp.3.
Rom.2.

CHRISTVS ETHNICAE SV
perditionis destructor, veritatis auctor, in la
pide absciso è monte absq; manibus.



LVIT adumbratus Christus in lapide à Daniele viso, qui absq; manibus abscisus de monte, percussit, cœntriuuit, ac ins faullam redegit statuam: ipse autẽ factus est mōs magnus, & impleuit vniuersam terrã, quid enim lapis nisi Iesus, qui nos in libertatem asseruit? is absq; manibus abscisus est: hoc est, absq; humani seminis opera ortus: ita angelus ad virginem interrogantem, quomodo fiet istud, quoniam virum nõ cognosco? spiritus sanctus superueniet inte, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hic euangelica sua doctrina statuam, id est gentium superstitiosas sectas, in nihilum redegit. Non ne statua tibi videtur, illa simulacrorũ adoratio? cum nunc Veneri, nunc Palladi, nunc Vestæ, nunc Iunoni, dicabãtur aras, erigebantur templa, offerebantur sacrificia?

Dani.2.
Christus eth
nicæ supersti
tionis destru
tor.
Tertul. lib.
aduers. iud.
Luc.1.

cum

CHRISTI FIGVRÆ.

cum habebantur dii Apollo, Saturnus ac Iuppiter: mutis etiam animantibus deferbantur honores: sed en percuſſa: redacta eſt in ſauillam, cum lapis hic venit in mundum, lux vera omnem hominem illuminans: cum doctrina, ac miraculis oſtendit, vnum eſſe Deum mundi conditorum: autorem vitæ: & illius cum eſſe filium, ac ex vtriſq; ſanctum procedere ſpiritum: reliquos vero inania eſſe nomina, meras fabulas, ac ridicula ſigmenta: & hic lapis factus eſt mons magnus, eccleſiam ſibi gratiſſimam, pinguiſſimum gratiarum collem toto terrarum ambitu, (in omnem enim terram exiuit ſenus eorum, & in finem orbis terræ verba eorum) conſtruens. De quo ita cecinit Dauid eximius vates: mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.

Pſalm. 18.

Pſalm. 67.

ECCLESIAE SIMILITVDINES
& figura.



DICTVRVS erat Chriſtus Ieſus eccleſiam, ſponſam ſibi gratiſſimam, varia & multiplici pulchritudine præditam: ducturus, inquam, erat eam, & ſuauiſſimo illius amore illius, mirabilia facurus: nam, vt Paulus inquit, tra-

ECCLESIAE FIGVRÆ. Fo. 48.

didit ſemet ipſum pro ea, vt eam ſanctificaret, mitteretq; lauacro aquæ in verbo vitæ: ſic, vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, neq; aliquid huiusmodi. Huius tam mirabiles dotes, præter quã quod impluribus adumbravit, in antiqua illa, veteriq; lege: de quibus dicemus, pluribus etiã ſymbolicis locutionibus explicuit in illis ſuauiſſimis colloquijs, quæ in canonicis cum ea miſcet. Imprimis ſimilem eam dicit equitatui, inquit, equitatui meo in curribus Pharaonis aſſumulauit te amica mea, Apoſtoloſ, & Euangelistas exprimens, qui equis velociſſimis ſimiles diſcurrentes, Euangelium promulgarunt: feceruntq; , vt mundi ſapientes humana ſapientia tumidi, erecta colla eccleſiæ ſubmitterent iugo, & eius onera ſuauiſſima humeris ferrent, quæ antea vt indomiti reſciebant. Aſſimilatur autem Pharaonis equitatui, quod alere ſoleat equos formoſiſſimos Aegiptus, quod colligere licet ex. 2. Reg. 10. & 2. Paralip. 1. vbi, equos ex Aegipto tanquam pulcherrimos adductos Salomoni, dicitur. Aſſimilatur etiam lilio. Sicut liliū inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Vbi eam candido lilio comparans diuinus ſpiritus, & eius explicat puritatem, qua lilia vincit, & odorem pluſquam eccleſtem, quo lilia ſuperat. Spinam tamen appellat hæreticorum congregationes,

Eph. 5.

Dried. li. de eccle. dog.

Eccleſiæ equitatui.

Cant. 2.

Liliū.

& conſ.

et conuentus. Qui pernitiosis suis, et falsis assertionibus non tantum miserabilium hominum, qui ab illis venenata accipiunt consilia, conscientias puniunt, sed et dilacerant: Cum tamen filiarum nomine gloriantur: et verum se profiteri euangelium, puram sequi religionem, cum mendatio affirmant.

Columba.

Appellat etiam columbam, quod ecclesia syncerissima sit, et nos volatu suo in caelestia subuehat, et quae in lachrymarum valle sita suspirat, ac gemat, cum videat, omnes qui pie volunt viuere, in Christo Iesu persecutionem pati. Sed est patri gratissima, quod in caueris maceriae, in foraminibus petrae, id est Christi vulneribus nidum faciat, et conuiescat tota illi innitens, et ab eo pendens.

2. Tim. 3.

Cant. 2.

Lectulus.

Appellat etiam ecclesiam simili quoddam appositissimo lectulum, inquiens. En lectulum Salomonis: sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios super femur suum, et ad bella doctissimi: lectulus, et manifestum est omnibus, locus est, ubi quietem accipiunt homines. Hinc ecclesia dicta lectulus, quod in ea conuiescat Christus verus Salomon, aeterna patris sapientia. Vnde vates ille regius diuinorum mysteriorum summe conscius dixit: Cum de ecclesia loqueretur, elegit dominus Sion, et elegit eam in habitacionem sibi: haec est requies mea in seculum seculi, hic habitabo quonia elegi eam: hinc lectulo sexaginta praefecit viros

Psal. 131.

viros fortissimos id est innumeros, sic enim huiusmodi numerum accipere oportet: quibus ecclesia custodiam commisit, vnde propheta, super muros tuos constitui custodes tota die, et nocte non tacebunt. Huiusmodi fortissimi sunt, quod in se ipsis vincant, quidquid diuinae legi est inimicum, et aduersum: et exemplo, et doctrina alios doceant, quo pacto honorificam hanc victoriam reportent. Sunt autem ad bella doctissimi, quod euangelicum gladium in proptu habeant: et eo dextere, et animose vtantur, quoties cum fidei hostibus manus conserere contigerit: vnde apostolus, cum huiusmodi viros euangelicos alloqueretur, et instrueret, stat te ergo, inquit, succincti lumbos vestros in veritate, et induite loriceam iustitiae, et calciati pedes in preparationem euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extingueret: et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Praeterea serculum appellat ecclesiam, siue vt hebraeis placet umbraculum, siue tentorium: et hoc factum dicit e lignis Libani, vt pote ex odoriferis christianis, qui Christi bonus odor sint in omni loco, et odore noticiae suae manifestent: sanctissimi quoque nominis sui, et fame oleum effundant, et vitiorum cariem non habeant. Huiusmodi tentorii columna sunt apostoli, apostolici quoque viri. Vnde Paulus ad Galatas scribens,

Esa. 62.

Eph. 6.

Ferculum.

2. Cor. 2.

G scribens,

Galat. 2. scribens, eos hoc nomine dignatur, dicens: Cum cognouissent gratiam Dei Iacobus Cefas, & Ioanes, qui videbantur columna esse, dextras mihi, & Barnaba dederunt societatis. Huiusmodi columna, quibus fulcitur, & sustentatur ecclesia, argenteae sunt: quod purissimis moribus nitentur, & purissime eam gelu tinniant, ac praedicent. Reclinatorium est aureum: quod exprimit viros Christo gratissimos, & quos summo habet in pretio propter fulgidos mores, & vitam. Ascensum, hoc est operimentum purpureum, qui Christi pretiosissimum sanguinem exprimit, quo tegimur, & operimur Christiani omnes, defendimurque a diuina vindicta: quam toties ob uitae nostrae scelus, & impietate meremur. Media, i. intima umbraculi sanctissimi huius charitate costruit, quae legis est perfectio, & consummatio. Ita Paulus: qui diligit, legem impleuit, consummatio enim legis est dilectio.

Rom. 15. Hortus. Rursum appellat eam hortum, inquit, Hortus conclusus, foror mea, sponsa hortus conclusus, fons signatus. In eo enim electos suos plantauit Deus, ut agricola electas arbores. Vnde Matthaeus. Omnis plantatio, quam non plantauit pater, erradicabitur. Has arbores iuxta suam conditionem, modumque viuendi vult esse fructuosas, atque ideo sterilibus minatur, securim esse positam ad radicem, ut omnis arbor non ferens fructum scindatur, & in ignem mittatur. Conclusus autem dicitur ob curam, quam suo

rum habet Deus, custodit. u. dominus omnes diligentes se, & ita priuato illos prosequitur amore, ut oculos habeat super metuentes eum, illorumque omnia ossa custodiat, ne unum ex his conteratur. Vnde ipsi, huiusmodi custodia desiderantes, precantur, custodi nos domine ut pupillam oculi. Eam etiam nuncupat hortorum fontem, quod purissima scaturiat doctrina quauis Christallina aqua clariori, quae maculas tergat (est enim lex domini immaculata, &c.) mentem purificet, peccatus diuino igne incendat, & excitet, sicut extinguat, estum temperet, animorum hortos irriget. Fons autem dicitur, quod pleraque habeat plana, intellectu facilia, & quae vel omnibus pateant, ut sunt praeccepta, ac leges, quae ad morum emendationem diuino spiritu sunt scripta. Appellat & puteum aquarum uiuentium, quod in ea multa sint comprehensus difficilia, multa obscura, profunda, & mirabilia, & quae (ni reuelet Deus oculos, ut regius orabat psalter) inuestigari nequeant. Est tamen uiuentium aquarum, nam & in se vitam habent, & bibentibus vitam praestant. Reliquae doctrinae, quas habent ecclesiae malignantium, & haereticorum congregationes, puteus sunt, & barathrum quo merguntur homines: aquas habent, sed mortuas, & quae e potu mortem afferant bibentibus. Comparat etiam sponsus ecclesiam aciei, siue

Psal. 144.

Fons. Psal. 18.

Puteus

Psalm. 118.

Acies.

exercitui, iniquiens. Terribilis, vt castrorum acies ordinata. Vt forti, & infracto sint animo huius aciei milites, & in Christo supremo eorum duce spem constituentibus, victuros se, quos ipse vicit, cōs fidant, & intelligant: etim si innumeri insurgant Philistaei, & pro ducibus habeant innumeros Goliath, Dauidem nostrum, & Israeliticam aciem id est Christum, & christianam ecclesiam praeualituram. Hinc est, quod nec martyres persecutiones, & tormenta, nec virgines carnis lenocinia & illecebrae, nec misericordes cupiditas, nec modestos in nanis gloriae ambitio deuicerunt: est autem haec acies bene ordinata, vt quae ab ineffabili ordinetur sapientia, ab ea disponatur, ac regatur.

PRAEOSTENSA FVIT ECCLESIA IN MONTE SION.

Figurae.



Ecclesiamus

Cap. 2.

Et Mich. 15.

P R A E O S T E N S A F V I T E C C L E S I A I N M O N T E S I O N .
 GIMVS de aliquibus similibus, quibus diuinae sapientiae placuit, ecclesiae sibi incundissime diuinas dotes describere, super est, vt agamus de figuris, quibus adumbrata est: quod sumus polliciti in huius capituli principio. Praesignata ecclesia est in monte Sion, monte Deo gratissimo, & de quo tan variaz vaticinati sunt prophetae. De eo loquens Esaias, inquit, erit in nouissimis diebus preparatus mons domini

domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles. Est enim eleuata ecclesia sup omnes colles, hoc est, super omnes sectas, ac superstitiosas gentium religiones, imminetq; omnibus & doctrinae veritate, quae tota candida est, tota niuea, ac ab omni erroris suspitione aliena, cum reliquae mendaces sint, ac deceptrices, imminet etiam vitae puritate, qua docet, & qua praeditos esse vult, omnes legi suae ascriptos. Quae enim puritas maior esse potest, quam quae prohibet impudicum aspectum, otiosum verbum, ac perniciosum cogitatum inimicet etiam sponsi praestantia, & dignitate, cum Deus sit viuus, & verus, & reliqui falsi sint, & impostores, ac nomine dii, opere demones. Eleuata item est super omnes colles, quandoquidem apostolorum praedicatione, gentes idola abiecerunt, & muta, in quibus confidebant, simulachra, abiecerunt etiam & nepharios ritus, depressoq; sunt omnes hi vani colles, & eleuatus sacer hic noster mos. Quod & praefatus Esaias est, adijciens. Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent, venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Et rursus capite eodem. Incuruabitur omnis sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur dominus in die

Matth. 5.
Matth. 12.

Pfal. 9.
Et. 75.
Et. 131.

illa, & idola penitus conterentur. Meminit etiam motus huius sanctissimi, diuinus ille citharædus Dauid. Psallite domino, qui habitat in Sion. Et alibi, mons Sion, in quo habitas in finem. Et iterum, elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

HIERUSALEM ECCLESIAE
figura.

Ecclesia Hierusalem.
Pfal. 47.



HIERUSALEM etiam & præsignata in Hierusalem ciuitate nobilissima: de qua, de q; eius firmitate, quæ & ecclesie nostræ stabilitatem prædicebat, ita loquitur Dauid. Circundate Sion & complectimini eam, narrate in turribus eius, ponite corda uestra in virtute eius: & distribuite domus eius: vt enarretis in progenie altera, quoniã hic est Deus Deus noster. De gratiarum fluentis, quibus inundat ecclesia, ita prædixit. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit eam altissimus: Deus in medio eius non commouebitur. Secedant ergo iam suisq; viribus, & armis diffidant heretici omnes: qui e ciuitatis huius sanctissimæ ciuibus, facti sunt hostes accerrimi, & superbæ Babylonis incolæ. Secedant, qui dicunt, venite, & disperdas

Pfal. 45.
Origen. hoc
mi. 3. in ier.
na.

Et Auguſt.
tom. 4.

Pfal. 82.

mus

mus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra: est enim munitissima ciuitas nostra: fundata in montibus Sanctis, turribus septa firmissimis: & in cuius medio Deus. Nec vnquam illi præualere poterunt: sed continget illis sicut Oreb, & Zeb, & Zebea, & Salmana. De hac nostra Hierusalem, quæ dicta est pacis visio, & de qua Propheta illius tranquillitatem subinticans, sedebit populus meus in multitudine pacis, & in requie opulenta, loquebatur Esaias, & eam indicabat, cum inquit. Post hæc, vocaberis ciuitas iusti: vrbs fidelis. Et rursus. Respice Sion solennitatem ciuitatis nostræ, oculi tui videbunt Hierusalem habitatiorem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clauis eius in sempiternum: quia solummodo ibi mansignificatus est dominus noster. Est ergo (vt apertius loquamur, & singula planius explanemus) ciuitas ecclesia, id est fidelium congregatio: cuius ciues sunt, quotquot diuine legi fidem habent. Huius potissima petra, & cui primo reliquæ innitantur, Christus est. Secunda Petrus, cui dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Functamq; apostoli, & propheta: quibus super ædificatur christiani omnes. Moenia diuina custodia, custodit enim dñs diligētes se, turres euāgelici promulgatores, e quibus iaculantur nūc sagittas

Ibi.

Cap. I.
Cap. 33.

et nunc incensa pila, est enim sagitta Dei v erbū
& ignitum eloquium.

ECCLESIA SIGNIFICATA
in terra promissionis.

Hier. II. &
32.
Exod. 3. &
13.
Leuit. 20.
Num. 16.
Deut. 6.
Ecclesia ter-
ra promissio-
nis.



PVIT etiam terra patribus promissa, de cuius vbertate, tanta, & tam vberia à diuinis scriptoribus referuntur, aliam huius noſtra, sanctiſſimamq; eccleſie figuram. Nam quemadmodum lacte illa fluebat, & melle, & grauiſſimos alios ferebat fructus, ita & eccleſia noſtra. Non ne dulcedine & candore lactea sunt diuina eloquia, vt quæ erroris nihil habeant admixtum, sed puriſſima ſint, & puriſſimis digna animis? Non ne lactea sunt, & è quibus infantiles nutritantur animi & educuntur? Hoc ea appellauit nomine celeſtis doctrine vas illud electum, cum Corinthios alloqueretur. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. Et cum Hebræos. Facti eſtis, quibus lacte opus ſit, & Petrus eccleſie primas, ſicut modo geniti infantes rationabile, & ſine dolo lac concupiſcite. Hinc ſponſus eccleſie vnice ſibi dilectæ dotes deſcribēs, & eam blandē, ac ſuauiſſime alloquens, inquit. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli. Vbi lac ſignificauit

I. Cor. 3.
Hebr. 5.
I. Pet. 2.

ſignificauit habere eccleſiam: quo dicitur pueros euangelico verbo genitos, ſemineq; mo incorruptibili. Gemelli tamen dicuntur hinnuli: quo ſimili ſignificauit ab vno, eodemq; ſancto ſpiritu vtrumq; teſtamentum, & vetus, & nouum fuiſſe inſpiratum. Hinc clamans inuitabat Propheta ad huius lactis eſum, & potum ſitientes. Venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite abſq; argento, & abſq; vlla cōmutatione vinum, & lac: & deleſtabitur in craſſitudine anima. Fluit etiam mel, nam mel, & quæ eo dulcius ſunt diuina oracula, nonne id apertiſſimè ſignificauit regius ille vates, & regio præditus gultu, cum inquit? Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Et cum ait. Deſiderabilia eſſe ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauū. Vtrumq; complexus eſt & ſponſus, cum dicit. Fauus diſtillans labia tua, mel, & lac ſub lingua tua. Gignebat & illa homines proceros corpore, & gigantibus ſimiles, vt exploratores à Ioſue miſi retulerunt. Hæc homines gignit animo itra proceros, & ſublimi, vt cum vitijs bella gerāt, & quæ ſuſſum ſunt ſapiant, quæ ſuſſum ſunt, querant, non quæ ſuper terram, homines ita Gigantes, vt qui ex ſe nihil poſſe fateantur, in Deo, qui eos cōfortat, omnia poſſe gloriantur. Nonne hæc terra promiſſionis eſt? & illa tan-

Cant. 7.

Eſai. 55.

Pſal. 118.

Pſal. 118.

Can. 4.

Philip. 4.

to melior, ac prestantior, quanto prestat veritas
 vmbra, spiritus, & poris ad hanc è tenebris Aegy
 pti, & ignorantie, & erroris nebulis veniunt,
 quotquot spreto Iudaismo, gētilitate reiecta: Chri
 sto, eiusq; sincerissime doctrine fidem habent.

ECCLESIAE CELSITVDO ET
 stabilitas in templo Salomonis.

RVIT & præmonstrata Ecclesia in sas
 cris illis & augustissimis ædibus, quas et
 erexit, & sacrauit domino Salomon. cu
 ius vt succincte, ac perfunctorie omnia percurra
 mus: parietes è marmore erant leui, ac politiss
 mo, ligna cedrina, que è Libano mittebat Salomo
 ni Hirā rex, aurum purissimum, & variæ, ac pro
 minentes è parietibus Cherub. & Seraph. figuræ.
 Ita & Christus verus Salomon, vt pote in quo os
 cunctes thesauri sapientie, & scientie Dei sint abs
 conditi, verus Salomon gratus vnice, & dilectus
 patri, verus Salomon, vt qui in se reconciliauit im
 ma summis, & eplum, id est Ecclesiam, erexit è mar
 more politissimo, id est, è fide firmiori, ac solidiori
 omni marmore: & lignis cedrinis, hoc est, Chris
 tianis, qui odoris, nominisq; piissimi esse debent,
 & quos inuidie, emulationis, inhonestatis, iactan
 tiæ, ac vitiorum reliqua caries non ledat. Erat &
 aurum

2. Paralip. 3.
 3. Reg. 6.

Ecclesia &
 plium Salo
 monis.

Colo. 2:

Bucher.
 Hug. in. 3.
 Reg.

aurum multum in domo, quod aureis moribus, ad
 moris, & charitatis, fulgere debeant Christiani,
 quorum legis compendium amor est, qui, vt au Rom. 13.
 rum omnibus prestat metallis, prestat omnibus
 virtutibus: sed hoc aurum purissimum esse debet,
 quo expresit, Deum esse super omnia diligens
 dum, & in eo quæcunq; diligantur, nam alioquin,
 siue uxorem, siue liberos, siue parentes ames, non
 est purum, sed adulterinum aurum. Prominebant
 è parietibus Cherubin, & Seraphin figuræ, quod
 frequenter essent Angeli in Ecclesia versaturi: vt
 qui & diuine maiestati assistant, & Ecclesie, ac
 suorum curam habeant.

ECCLESIA. OSTENSA IN EVA
 ex Adami latere formata.



ERAESIGNAVIT etiam Ecclesia.
 Bernard.
 diuina sapientia rerum om
 nium moderatrix Ecclesiam,
 Primo cum condita est huma
 na natura: cum de latere quie
 scentis, & dormientis Adami
 Gen. 2.
 Aug. de sym
 bo. ad carlie
 li. 2. c. 6.
 formata est Eva. Nam obdormiente Christo nouo
 Adamo, & antiqui dāni reparatore, cuius de plo
 randa causa primus ille exitit, ex eius sacratiss
 mo latere Ecclesia fluxit, & formata est: pens
 Rom. 5.
 Ephe. 4.
 dens

Ephe. 5.

dens, siquidem ac moriens in Cruce, & simul Ecclesiam genuit, & sponsauit. Ita Paulus archani huius altissimi maxime conscius. Sacramētum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia: hæc autē noua Eua auscultāda est, eius consilijs securo animo acquiescendum. Non enim suas det vetiti fructus esum, vt illa, sed quæ utiliora fore intelligit filijs, quos in Christo genuit, suadet, inquam, fluxarū rerum contēptum, & cupiditatem diuinarum. Suadet sponsi amorem feruentissimum, & proximi debitam dilectionem, qui fructus, si comedatur, cum spiritus sancti sit, non nocet, sed salutaris est, & corpori, & animo, & vtilis huic vitæ, & futuræ.

ECCLESIA IN ARCA
Noe præsignata,

Gen. 7.

RURSVM & adumbrata est Ecclesia in arca, quā diuino iussu fabrefecit Noe vir sanctissimus vt se, ac suos à generali illa inundatione eriperet, quæ facta est è quadras lignis, sacris vtpote Apostolis, & Doctoribus, qui fida, & solida stabilitate consistunt, neq; vlla ex parte vacillant. Ita Paulus. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & Do-

& Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in adificationem corporis Christi. In illa variæ erant mansiones, & varia receptacula, & ita in hac nostra ab omnipotenti Noe fabricata, variæ mansiones sunt, nam qui in ea sapientia, doctrina, ac vitæ probitate præstāt, primum obtinent locum, qui sine doctrina sunt, probis tamen, inculpatisq; moribus, secundum: postremum vero, qui Christianæ professionis, sanctissimæq; huius conditionis immemores, similes facti sunt iuuentis insipientibus, & appetitu, potius quam ratione, ducuntur, vanis desiderijs, & bruto corpori habenas laxantes. Et quæadmodum nulli extra illam salus contigit, sed perierunt omnes, & aquarum voragines eos absorbuerunt: ita & nemini extra Ecclesie arcam æterna continget salus, sed peribunt perpetuo omnes, & ab infernorum abyssis sorbebuntur, nec vsquā vitali Cæli auræ parebunt: & quemadmodum illa in tanto fluctuum impetu, tam varijsq; procellis, incolumis enatauit, nec vnaquam est naufragium passa, ita & Ecclesie arca, qua pii, catholiciq; concludimur Christiani, enabit salua, neq; hereticorum hominum impetus, tyrannis, dolus, insidia, pessimæq; artes potentes errant, vt (quod frustra intendunt) naufragium faciat: eorum rates, quæ Acherontis peruersa reguntur industria, & flatibus superbiæ, & ambitionis ve-

hantur

Ecclesia arca.
Aug. ser. 69
& cōt. Faust.
lib. 12. ca. 15
Ephe. 4.
Hug. in Gē.

ECCLESIAE FIGVRÆ.

huntur, he descendunt sicut plumbum in aquis ue
hementibus, descendunt, inquam, non in Rubri, aut
Oceani maris abyssos, sed in infernorum, ibiq;
perpetuo sident.

ECCLESIA IN VINEA.

Noc præmonstrata.

EAM etiam & adumbrant vinea: quam
Gen. 9. plantauit Noe, cuius vinum cum biberet ins
Ecclesia v's
nca. corarius est, & nudatus in tabernaculo suo. Chris
stus Ecclesiam seuit, & vineam hanc de Aegypto
transtulit, hoc est, de ignorantie, & peccati tene
bris in amoenissimam lucem eduxit: vineæ huius
Psal. 79. tanta fuit vberitas, vt eam prophetico spiritu occi
dens Dauid dixerit. Plantasti radices eius, & im
pleuit terram, operuit montes vnter eius, & ar
busta eius cedros Dei, extendit palmites suos vsq;
ad mare, & vsq; ad flumen propagines eius. Deq;
Esaia. eius loco, & situ pinguisimo verba facies
Esaia. Vineæ facta est dilecto meo in cornu filio olei, eam
Esaia. 15. eiusq; fructus tanti habuit diuinus agricola, vt ser
piuerit eam, lapides elegerit, turrim edificauerit
in ea, & torcular extruxerit. Amoris huius vino
inebriatus est: nonne ebrii cuiusdam sanctissimi
amoris verba hæc tibi videntur, quibus blandisti
me vineam suam, id est Ecclesiam, alloquitur, cum
inquit.

ECCLESIAE FIGVRÆ. Ec. 56.

inquit? Meliora sunt vbera tua vino fragrantia
Cant. 5.
Can. 7. vnguentis optimis. Et cum inquit. Capite nobis
vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas, nam vi
nea nostra floruit, cumq; ait. Vbera tua sicut odor
Cant. 84. malorum puniceorum. Ac iterum. Vineæ meæ cor
ram me est. In tantum vinum amoris in hoc nos
stro sanctissimo Noe offerbuit, quod tradidit semet
ipsum pro ea, mundans eam Liacro aquæ in vers
bo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non
Eph. 5. habentem maculam, neq; rugam, neq; aliquid huius
iusmodi sed vt sit sancta, & immaculata. Et ita
moriens in tabernaculo suo, hoc est, in Hierusa
lem, peculiari suo habitaculo nudatus est.

ECCLESIA OSTENSA IN MONTE
te diuersimodè accepto.



ETIAM & præsignare Ecc
clesiã videbatur mons ille, ad
quæ Angelica monitione, &
iussu vir iustissimus Loth con
fugit, vt à conflagratione se
se eriperet, quæ in cinerem re
ductura erat nephãdi nominis, & odoris ciuitates
illas, nã & mōs Ecclesia est, excelsus, & sublimis;
& ad quæ qui nō aufugerint, peribunt, non incendio, quod
vna

Cant. 5.
Can. 7.

Cant. 84.

Eph. 5.

Gen. 19.

Ecclesia mōs

vna

Psal. 67.

vna cum incensis perpetuo duret: dicta est etiam
 & Ecclesia nomine appositissimo mons pinguis,
 mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum est
 Deo habitare, in eo etenim dominus habitabit in fi-
 nem, nam ros Hermon descendit in hunc montem
 Sion, & illic mādauit dominus benedictionem, &
 vitam vsq; in seculū. Est enim pinguis, nā vinum
 amoris profert, quo sobria ebrietate homines des-
 mentat: profert & electorum frumentum, hoc est,
 supersubstantialem panem, quo ob ineffabilem Dei
 clementiam Christiani vescimur, profert & leti-
 tiæ oleum, quo faciem inungamus, leti quod tanta
 in nos male de se meritos cumulauerit Deus bene-
 ficia, profert purpureas modestiæ rosas, virginita-
 tis candida lilia, Apostolorum cedros, Martyrum
 palmas, Confessorum platanos, & omniigenas vir-
 tutum plantationes. Dicitur & mons coagulatus,
 siue (vt sic dicamus) incaesatus, quod fidei, spei, &
 charitatis coagulo è varijs hominum conditio-
 nibus incaesatus vna fiat sancta & catholica
 Ecclesia: & quod è fidelibus hoc potissimum efflas-
 gitauerit Deus sanctissimi huius montis conditor:
 vt se se diligant: & amoris coagulo multitudine
 credentium sit cor vnum: & anima vna. Rursum
 & dicitur mons myrrhæ: & collis thuris, nam Ec-
 clesia hoc habet imprimis: quod verax est, nulla ta-
 men myrrha amarior: quam veritas: ijs potissimum:

num, quibus displicet virtus. Est etiam mons myrrhæ,
 quia docet, quæ parum grata sunt carni, vt
 quod quis mortificet mēbra sua, quod semetipsum
 abneget, quod Crucem tollat, quod iniuriam non
 retaliet, sed offendenti se condonet, quod maledic-
 centi benedicat, ac deniq; quod si ad vitam vult in-
 gredi mandata seruet. Dicitur & mons myrrhæ,
 nam quemadmodum myrrha mortuorum corpora
 condiuntur, ne foeteant, nec corrumpantur, ita
 & Ecclesiæ doctrina Christianorum animi cons-
 diuntur, & corpora, ne tetri sint odoris, corrup-
 panturq; vitijs. Appellatur & collis thuris, quia
 Christiani Christi bonus odor esse debent in omni
 loco, & eorum orationes sicut incensum in cons-
 pectum domini ascendere, & sicut virgulæ fumi
 ex aromatibus myrrhæ, & vniuersi pulueris pig-
 mentarij.

Colo. 3.
 Matth. 16.
 1. Pet. 5.
 Matth. 19.

2. Cor. 2.
 Psal. 140.
 Can. 3.

RVR SVM IN MONTE
 præsignatur Ecclesia.



FIGVRATA & fuit Ecclesia in
 monte, in quo Moses legem accepit,
 quem quæ tangebatur bestia lapidaba-
 tur, in hoc legem accepimus amoris,
 & suauitatis plenam, iudicia super mel & fauum
 dulciora, eloquia casta, præcepta lucida, iustitia

Exo. 19.
 Ecclesia mōs
 Heb. 12.
 Psal. 18.

vestras letificantes corda, legem deniq; immaculatam conuertentē animas, & cuius consummatio sit dilectio. Ad hunc heretici, qui accedunt impio animo, quiq; cum in honore essent, non intellexerunt, & comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti illis, flammis, ac prunis, pro lapidibus impetuntur.

Psal. 48.

Varias retulimus figuras, in quibus Ecclesiam sanctissimam nostram praesignatam ostendimus, quod si de sacris illis venis gratum, & utilem liquorem elicere non valuimus, tribuatur ingenij tenuitati, non animo, qui nullam non operam adhibet, nullum non lapidem mouet: ut abstrusam, & reconditam veritatem educat in lucem, quo impulsus vel in epilogi modū colligere studui metaphoricis aliquot, & figuratis loquutiones: quibus in scripturis frequenter appellatur Ecclesia. Nuncupatur à Paulo corpus: ea de causa quod vno viuifico spiritu vniuersa eius membra connectuntur in vinculo vniū fidei, spei, & charitatis. Idem & regnum Dei vocatur, propter leges, poenitentia, sacramenta, tutelam, & protectionem, quae Deus in Ecclesia constituit ad credentium veritatem.

Ecclesia corpus.
Ephes. 9.
Coloss. 1.
Regnum.
Matth. 5. 32
23. 32. 25.

Sponsa.

Vocatur etiam sponsa Christi, propter fidem hinc inde datam sub sacramento, nam Christus velut sponsus Ecclesiae fouet eam, ac nutrit. suisq; meritis fecundam efficit, & vicissim illa velut propria

pria ipsius sponsa ab eo pendet, et adhaeret, ac subest, ditans cum numerosa prole, fecunditatis semine suscepto caelitus: hinc Apostolus. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Insuper & vocatur amica, propter mutuam amorem, ac feruidum nimis, quo se inuicem prosequuntur. Columba, propter simplicitatem, gemitum, ac luctum moestissimi huius exilij. Turtur, propter castitatem cordisq; sustulium ad caelestem patriam. Ciuitas, qualis est ciuium multitudo, propter vinculum societatis in vnum populum sub vno rege Christo, vnaq; lege Dei. Iterum ciuitas, qualis est vrbs manibus, ac edificijs constructa, propter structuram debito, ac eleganti ordine digestam vniū ex lapidibus. Castra siue exercitus, propter militiam eorum, qui in praecinctu semper esse debent, ac velut excubias agere, stareq; in praelium parati contra animorum hostes. Hortus, ab oriendo, propter arbores, herbasq; virides in eadem orientes. Vineae, propter rationales palmites fide adhaerentes Christo viti, mirabili fertilitate vvas proferentes, hoc est, opera iustitiae. Ad haec vocatur & Ecclesia in Apocalypsi mulier amicti sole, luna sub pedibus, & in capite eius corona stellarum duodecim; quae in utero habens clamabat parturiciens, ac cruciatu ut pariat, propter spem

Ephes. 5.

Cant. 1. & 2.
Amica.

Cant. 1.
Columba.
Turtur.
Cant. 2.
Ciuitas.

Exercitus.

Hortus.

Vinea.

Mulier amicti sole.

Et statum quem habuit sub lege, cupiens sub vniuersis caeremoniarum suarū parere veritatem Euāgelij. Cumq; esset partui proxima, habuit in capite coronā duodecim stellarum, id est, ornatum duodecim Apostolorum, lunam vero, id est, mundi huius mutabilitatem sub pedibus suis, hoc est, sub illis membris suis viuus, quæ pro infirmis, & despectis simis reputantur in hoc mundo. Hoc tamen obseruent oportet omnes diuine legis studiosi, quod sicut Ecclesia Dei sub diuersis exprimitur metaphoris in Biblijs, sic & eius membra in eisdem scripturis nuncupantur varijs nominibus translate acceptis. Et sicut sunt quedam res, quæ transferuntur ad significandam & figurandam Ecclesiam, ita & sunt res aliæ, quæ transferuntur ad figurandum & significandum Ecclesie partes & membra, aut officia, ornamenta, tempora, ætas & incrementa. Siquidem Ecclesia, cum a similibus suis personatur corpori, sua habet membra, suum caput, suos capillos, suam faciem, genas, oculos, aures, labia, dentes, guttur, linguam, ventrem, nominibus eiusmodi translate acceptis, sicuti patet ex libro Canticorum, in quo Christus vt sponsus & dilectus loquitur ad Ecclesiam suam tanquam ad sponsam, atque dilectam & pulchram: quæ habeat genas, oculos, dentes, labia, nasum, quibus significatur diuersa eiusdem Ecclesie membra, secun-

In se inq; personatur corpori, sua habet membra, suum caput, suos capillos, suam faciem, genas, oculos, aures, labia, dentes, guttur, linguam, ventrem, nominibus eiusmodi translate acceptis, sicuti patet ex libro Canticorum, in quo Christus vt sponsus & dilectus loquitur ad Ecclesiam suam tanquam ad sponsam, atque dilectam & pulchram: quæ habeat genas, oculos, dentes, labia, nasum, quibus significatur diuersa eiusdem Ecclesie membra, secun-

dum diuersa gratiarum dona propter aliquam similitudinem. Sic eadem Ecclesia, dum appellatur ciuitas aut domus Dei, suum legitur habere fundamentum, suos lapides, suas turres & propugnacula, suos parietes, sua tigna, suum cubile regium, suam vinariam cellam, suum lectulum, quibus nominibus translate acceptis significantur Ecclesia eiusq; membra, ornamenta, officiaq; vii patet ex eodem libro Cantico. & Psalmo. 16. & prophetis. Vnde Esaias ad Ecclesiam dicit. Pauca pericula ciuitatis & tempestate conuulsa absq; ulla consolatione, ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Zaphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, qualium rerum nominibus significantur lapides in Ecclesia viuus, hoc est, Ecclesie membra diuersis gratiarum donis prædita, de quibus dicitur & illud. Vrbs beata Hierusalem dicta pacis visio, constructa viuus ex lapidibus. Eadem Ecclesia, dum dicitur esse exercitus, seu castrorum acies, suum legitur habere equitatum, suos currus, suas quadrigas, suos duces & principes, sua tabernacula, sua tentoria, suaq; bella & prælia, suum apparatus bellicum, enses, gladios, scuta. Vnde in Cantico de Ecclesia dicitur, dilata locum tentorium tui, tabernaculorum tuorum. & hoc ipsum Esaias. Pelles extende, longos fac funiculos tuos. Vnde

Cap. 5.

in Cantico de Ecclesia dicitur. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Eadem Ecclesia, cum intima tur esse hortus, seu mons pinguis, mons coagulatus, suas legitur habere arbores, suaq; diuersi generis germina, sua pascua, suos fontes aquarum, suos fructus, suasq; aromatatum species. vti est videre in Cantico, & Psalmis, ac Prophetis. Eadem Ecclesia, cum dicitur esse vinea, habet suam vitem, suasq; radices, suos palmites & propagines, suam sepeem, suam & materiem, suam turrim, & torcular. Vt autem secundum diuersas huiusmodi metaphoras Ecclesia eiusq; membra nuncupantur, ita etiam, diuersis nominibus translate acceptis, varie appellatur & ipse Christus eiusdem Ecclesie dominus: quando Ecclesia dicitur sponsa, aut virgo, ipse Christus congrua ratione appellatur sponsus aut vir eius, cum vero eadem Ecclesia dicitur corpus ipse appellatur eiusdem corporis caput: cum dicitur edificatio, seu domus, aut ciuitas, ipse appellatur eiusdem domus fundamentum, aut angularis lapis. Cum autem dicitur exercitus, vocatur & ipse correspondenter rex: dominus & princeps. Cum dicitur vinea, ipse vitis appellatur. Et quia huiusmodi locutionum translate significantium in scripturis immensa est sylua, reliqua consulto omitteremus, ne prolixius, quam fas est, digredi videamur.

ECCLESIAE FIGURA
paradisus.

GEN. II. Paradisus voluptatis, quem dicitur Ecclesia paradisius. creauerat & in eo pulcherrime nota arbores Ecclesiam adumbravit, quae vere voluptatis paradisius est in ea siquidem voluptates sunt syncerae, purae & suauissimae, quarum gustu mirè delectantur piorum anime, ita vt reliquas corporis, taquam viles & indignas abijciant. Sunt etiam & gratiae variae, quae dignissimae sunt voluptatis nomine, quas Deus immensa quadam libertate hominibus distribuit. Quis enim tam stupido sit animo? qui voluptuosum non dicat aeterno seruire regi? Legi suae suauissimae obedire? illi hymnos canere? caelestem contemplari patriam? & sperare, se breui illius cuius futurum? & eius generis innumera, quae in hoc paradiso sunt. Erat in illo fons, est autem in Ecclesia nostra fons sapientiae, qui Christus est, è quo vera salus hauritur, & manat aqua abluendis criminibus aptissima, aqua pura, limpida, suauis, caelestis & diuina. Quatuor autem illa amplissima flumina ortum è fonte habentia, quatuor nobis Euangelia designarunt flumina. Tergo aureo nobiliora Ecclesiae hortos irrigantia, vbi tam variae plantationes sunt, & tam fructiferae. Quis enim è ore

Hag. in Gē.
D. Aug. cōt.
lut. peiag. li.
5. Cap. 4.

Eccl. I.

Matthæi, Lucæ, Marci, aut Ioannis Euangelia pro
cedentia flumina non dicat abundantissima, quos
rum irrigatione fides altis mittit radices, virefcit
spes, fructusq; suauissimos & copiosissimos gera
minat charitas, nascuntur etiam purpureæ modes
stie rosæ, virginitatis candidissima lilia, martyrij
violæ odoratissime, ac deniq; vernant omnia, inq;
eorum margine nascuntur arbores aliæ, quas vix
queas numero comprehendere, quæ fructum suum
suo reddunt tempore, & eorū folia non defluunt.
Inter has autem est quedam miræ altitudinis ar
bor, cui si Libani cedros conferas, vix herbæ vide
buntur. Huius umbra salutaris est, folia in medici
nam, fructus vitæ, atq; ideo vitæ lignum appella
tur, quem qui purgatis comedunt palatis, vitam
eternam habebunt. Fuit etiam & lignum boni &
mali in terrestri illo paradiso, quod diuinum ex
presit mandatum, qui enim illud seruant, bonum
experiuntur, quod seruantibus pollicitus est Deus,
qui vero transgrediuntur, malū, quod transgresso
ribus illius diuinæ præceptionis manet.

Psalm. I.

CHRISTVS ECCLESIAM CON
dens, in Cyro Persarum rege.

Ecclesię fun
datio.

PRIMO ESD. I. Cyrus Persarum rex
cum Hierosolymorum ciuitatē videret euer
sam,

sam, templum, quo diuinæ laudes canebantur, offe
rebanturq; sacrificiis, destructum, diuino impulsu
de templi instauratione, Israeliticq; populi libera
tione tractat, inquiens. Quis est in nobis de vni
uerso populo eius? sit dominus Deus illius cū ipso,
ascendat in Hierasalem, quæ est in Iudæa, & ædifi
cet domum domini Dei Israel. Neq; id tantum scere
mone annexus est, verum literis in regiones ditios
nesq; suas misit. In quibus Christū expressit, qui,
victō Sathana, eiusq; tyrannico imperio subugas
to, superatis etiam mundo & carne impijs illius
adiutoribus, templum viuis ex lapidibus erexit: vbi
vera sanctissimi sui corporis hostia offerretur,
suisq; auribus dignæ canerentur laudes, idq; lites
ris etiam misit, id est, diuinis scripturis, quas omni
creature prædicari iussit. Vt debitam illis fidem ha
bentes, bonis pijsq; operibus huius templi mirabil
lem structuram curarent semper. Quod præstant
hodie, qui religionem, quam in baptimaste professi
sunt moribus ea dignis exprimunt, & potissimum
doctores, quos architectos appellat Paulus, quod
propriū illis sit animatos hos lapides securi do
ctrinæ suæ celesti huic edificio aptare, admonen
tes, vt quisq; iuxta præscriptas suæ conditioni mo
doq; viuendi leges viuat, sacerdotes vt sal sint, in si
pidaq; condiant, doctores vt obscura quæq; illis
strent, coniuges vt viros suos ament, filios suos dis
ligant,

2. Cor. 5.

Mat. 5.
Eph. 5.

ligant, domus curam habeant, viros, vt domui suae
 praesint, conuizumq; caput sint bono praeditum ce-
 rebro, reges, vt regni sint animus, pastores, ne ses-
 met ipsos pascant, sed gregem, ne priuatam vtili-
 tatem quaerant, sed communem, hoc modo quemq;
 lapidem in loco suo constituendo, inq; sede prou-
 pria, vt diuina haec structura crescat, quam struunt
 ipsi pectore tam pio & christiano.

ECCLESIA EX GENTIBVS,
 in Raab.



RESSV. VI. Raab extranea (vt
 sacra docet historia) inter fi-
 lios Israel habitauit, ad umbras
 quod salutis autor dixit, alias
 oues habeo, quae non sunt ex
 hoc ouili, & illas oportet me
 adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum
 ouile, & vnus pastor. Et quod Paulus magistri ve-
 stigijs insitens, cum sermonem faceret de oleastro
 in bouam oliuam inferendo. Et ne casu, & non di-
 uino consilio admissas gentes in ecclesiam extima-
 ret quisq;, & varijs adumbratum fuit figuris, &
 assertum testimonijs. Vnde, dedit e in lucem gens
 tium, vt sis. &c. Ac rursus aeterni patris nomine
 Christo dicitur, postula a me, & dabo tibi gentes ha-
 reditas.

Ecclesia ex
 gentibus.
 Ioan. 10.
 Origē. hom.
 5. in Ief. na.

Rom. 11.

Mat. 23.

reditatem tuam, & possessione tuam terminos ter-
 re. Et simxon Cygneo illo ac suauissimo catu, quae
 praeterea letitia cecinit, cum Christum Iesum haberet
 in vlnis, dixit, cum esse salutare paratum ante fas-
 ciam omnium populorum, lucem ad reuelationem
 gentium. &c. Huiusmodi autem commercium ha-
 bitatio Raab inter Israelitas praemonstrauit.

REPUDIATIO SYNAGOGAE,
 & ecclesiae electio, in reginis Vasthi & He-
 sther.



REST. I. Septimo die cum
 Rex Assuerus esset hilarior,
 & post potationem incaluisse
 set mere, praecipit septem eu-
 nuchis suis, vt introducerent
 reginam Vasthi, vt ostenderet cu-
 ais populi & principibus illius pulchritudinem,
 posito super caput eius diademate. Regina autem
 intrare renuit, vnde deposita illa fuit. Hecster in lo-
 cum suum subrogata. Quo euentu & facto, synago-
 ga repudiatio, & admissio ecclesiae mire adum-
 brata est. Septimo enim die, id est, cum temporis
 plenitudo aduenit, misit Deus filium suum, qui mir-
 rabile ex mirabilibus dapibus vniuersis conui-
 uium parauit. Cumq; nostrae redemptionis amore
 in caluisse

Ecclesiae ele-
 ctio.

Galat. 4.

Isa. 15.
Galat. 2.

incaluisse, hoc enim vinum illi fuit, hoc inebriatus est. siquidem tantum dilexit nos ut maiorem dilectionem nemo unquam habuerit, neque habere potuerit, tradidit enim semet ipsum pro nobis. Cum hoc, inquam, amoris vino incaluit, præcepit septem eunuchis suis. i. apostolis & prædicatoribus, qui, ut vitam ab omni spurcitia aliena viuerent, se pro Christi amore castrarunt, ut Vasthi reginam, id est plebem iudaicam per spiritualem legis intelligentiam introducerent, erat enim foris, quia legis literæ adhaerebat, utque introduceretur posito super caput eius christianæ religionis diademate. Idque fiebat, ut omnibus exteris nationibus illa esset exemplum fidei, bonarumque operationum. Erat enim plebs illa pulchra nimis propter patres, quos habuit sanctissimos, & legem à Deo concessam, renuit tamen Christo, illiusque prædicatoribus obedire, neque illius unquam iussis acquieuit. Vnde Paulus illius cervicis duritiam, cordis saxum, meramque ingratitude oblationem acerbe increpans, repulsiq; illam dignissimam exprimens, inquit. Quia indignos vos iudicatis regno Dei, ecce conuertimur ad gentes. Et Esaias iudaicæ plebis impietatem, Deique pietatem manifestans, inquit, Totam die expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Vbi diuinæ misericordie viscera mirari licet. Ac iterum ut perditionem Is-

A. 15. 3.
E. 15. 65.

E. 15. 5.

rael

rael ex se esse ostenderet, se tamen nihil intentatum reliquisse, ut in conuiuium introduceretur, particepsque suæ redemptionis fieret, ait, quid debuit facere vineæ meæ, quod non feci? Sic Vasthi regina, qua plebs synagogaque iudeorum præsignabatur, merito repudiata est, eo quod se indignam spirituali coelestique regno præ malitia superbiaque sua reddiderit, & cecidit ab honore, in quo erat, illiusque pulchritudo inutilis, vana & perniosa effecta est, electa autem subrogataque est Hesther femina pudicissima & pulcherrima, placuit, inquit scriptura, Hesther, & data sunt ei ad usum necessaria septemque puellæ speciosissimæ. Placuit Christo regi ecclesia, quæ ita pura est, ut ab omnibus vitiorum sordibus purissima cum sit, nihil nisi puritatem doceat, ita pulchra, ut verus pulchritudinis extimator, sanctus (inquam) spiritus, de ea dixerit. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, ac rursum omnem illam venustatem habere ostendens, inquit, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quantum autem illi placuerit, quamque fuerit grata, colligere licebit, non ex beneficijs tantum quibus illam cumulauit, sed ex suauissimis amabilissimisq; sermonibus, quos in canticorum epithalamio cum ea miscet. Data sunt autem ei ad usum necessaria, sanctissima ut pote sacramenta, quibus suorum necessitatibus benigne succurrat, habent enim illa,

illa mirabilem ad succurrendum efficaciam & virtutem. Data etiam est arcaus diuinæ scripturae, quæ miras habet vires ad erudiendum indoctos, ad solandum afflictos, ad subueniendum suis quascunq; angustia aut labore pressis. Date etiam illi sunt puella speciosissime, fideles vt pote anime, ecclesie regeneratæ spiritu, quæ pulchritudine fulgentes, gratissima venustate decore, illi seruiant, iustis suis obtemperant, suarq; vestigia sequantur fide, doctrina, omniumq; pia operatione. Felices animas, quibus tantus contigit honor, vt catholice Romanæ ecclesie adolescentulus esse contingat, illi q; ministrare, dictis suis obedire, & vestigia sequi, neq; vnquam ab illis recedere.

ECCLESIA, ILLIVS QVÆ
salutaris doctrine fontes in Bethulie fontibus,

Ecclesie doctrina.



V DITH.VII. Cum Holofernes ira incensus, a quod filios Iuda sibi videret velle resistere, circumiret per geryū urbem, fontemq; inueniret, qui ab Austro fluens vsq; huius civitatis seruirebat, in eum præcepit aquam ducere,

etiam, prauoq; consilio filiorum Ammō & Moab, fontes etiam, qui iuxta muros erant, à magnis armatorum militum copijs fecit seruari, ne possent qui in Bethulia erant aquam haurire. Dixerant enim scelerati illi, filij Israel non in lancea, neq; in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos. &c. Vt ergo sine congressione pugnae possit superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficiet eos. &c. Et placuerunt verba hæc Holoferni, & sceleratibus suis, feceruntq; iuxta consilium eorum. In quo mire adumbrata est Sathane malitiæ principis, & totius impietatis autoris iniquitas, & hereticorum hominum pernitiosa industria. Hic enim, cum fideles viros tanto præditos videt esse animo, vt manus cum illo conferere non exhorreant, sed omnibus, quibus possint modi, se præparent, ne ab illo superari possint, circuit vt rugiens leo, viam querens, qua desideratam concupitantiq; victoriam posset assequi. Cumq; intelligat, potissimam Christianorum hominum virtutem sitam in eo esse, quæ ecclesie fundamenta sint in montibus sanctis, quodq; fontes Psal. 86. habeant vberimos, & limpidissimos, aqua saturientes purissima, & saluberrima, ex quibus inenarrabiles utilitates orientur illis, fontes, inquam, ab Austro, id est, à coelesti, diuinisq; virtutibus.

spiritu ortum habentes, vt sunt sacra omnia scribta, omnem ipse lapidem mouet, vt aquae ductus incidat, id est, praedicatorum corrumpat, ne euangelis ea aqua tanquam per fistulam in eos deriuetur. Laborat etiam, ne sacra volumina, fontes salutes euoluantur a fidelibus, & ex illis aquam hauriant rerum mundanarum siti sedandae commodissimam, vt siti populus Dei arescens, illius se dedere potestati cogatur. Intellexit, vt diximus, callidus & versutus hostis, quas habeat vires suauissimas illius aquae potus, quae non refrigerat, purificat, sitim ve tantum extinguit, sed animos addit, vires auget, peccatus corroborat, arma ministrat, & obtinendae victoriae viam docet: atque ideo maiori id nititur conatu. Nostra vero, ne hos salutis fontes deseramus, summe interest. Certius enim pisces durabunt, & seruabuntur sine flumine, quam christiani homines sine hoc paradisi amne, vti etque fonte.

ECCLESIA ORANS ET VINCENS, in victrici iudith.

Ecclesia vincitrix.

IUDITH. IX. Iudith modestissima & pulcherrima foemina caelesti animata spiritu, docens quod in tanto periculo, & calamitate suos videret constitutos, ciuitatem obsidente Holoferne potentissimi exercitus immani duce: spem suam omnem in Deo

in Deo reponens, seque coram illo demittens vocibus e corde profectis, ita illum precata est, Deus coelorum, creator aquarum, & dominus totius creaturae exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia praesumentem, fac domine, vt gladio proprio eius superbia ampuetur, capiatur laqueo oculorum suorum in me, da constantiam, vt contemnam illum, virtutem, vt euertam illum. Ac tunc ornans se vestibus pretiosissimis, & naturae pulchritudini externam addens, in castra profecta est: vbi immortalis memoria dignum facinus aggressa, proprio, vt petiuit, gladio Holofernis, qui illius amore exarserat, caput abscidit. In quo ita glorioso euentu ecclesiae nostrae sanctissimae in tenebrarum principem & malorum spirituum praefectum victoria adumbrata fuit. Is enim superbia tumens fideles persequitur, & obsidet varijs eos tentationibus impetens, & laboribus (ita permittente Deo) premens, interimere eos cupiens animorum illis vitam auferendo. Sed precatur ecclesia Deum varijs decora virtutibus, sanctae conversationis vestibus fulgens, vt subueniat, operamque ferat illis, in illius tamen pulchritudinem non amore sed ira excandescens impiae militiae praefectus semper modos querit, vt optatis potiatur, illum tamen exercitusque suos nepharios ecclesia vna cum Christo capite suo sanctissimo proprio gladio, id est pro

Pfal. 123.

Pfal. 3.

est propria illorum malitia punit, secūdaq; morte ferit, gloriosa ipsa triumphans, & Deo hymnos suauissimos canit, qui non dedit suos incaptionem dentibus eorum, qui liberauit de leonibus præparatis ad escam, qui ad nihilū deduxit inimicos suos, qui gloria est, & exaltans caput suum, qui dedit eam in latitudinem, quia voluit eam.

ECCLÉSIA PRO SVIS ORANS,
in Hesther Assuerum pro populo precante.

Ecclēsia orans.



ESTH. V. Ita Hesther modestam sceminam suorum calamitas angebat & vexabat, eo quod in extremo eos periculo positos animaduerneret, et ingenio suo, quod illi erat præstantissimum, modum quaesierit, quo regis animum demulceret, ita ut sententiam latam ab Amam, non tantum irritam inberet fieri. verum ut poenas iniustissime ab illo stabilitas solueret ipse. Procidens enim ad pedes regis, pulcherrima illius facie lacrymis velut nitido rore madefacta, voce lugubri ita regem precata est. Si inueni gratiam in oculis tuis o rex, & si placet dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego & populus meus ut

Esth. 7.

ingulea

u gulemur. Qui illius audita precatione, nulla omnino interposita mora, (erat enim Hesther regi gratissima, tantus illi inerat decor & animi & corporis) fieri iussit omne, quod Hesther postulabat, atque ita liberata est gens, quae tam dirae subiebat sententiae. Et sententiam passus est Aman, quam ipse tulit. Expressit autem hoc amore, quem habuit, & manifestauit in suos Hesther, ecclesiam diuini spiritus suauissimam sponsum, quae nimis dolet, cum suos, quos vnice diligit, supplicio videt damnatos non iniusta sententia, ut fuit illa Aman, sed æquissima, ut sunt omnia, quae à Deo fiunt, tunc formosa ipsa precatur caeli regem, ut non secundum peccata nostra faciat nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuatur nobis. Precatur, ut faciem suam auertat à peccatis nostris, & omnes iniquitates nostras deleat, precatur, ut sicut miseretur pater filiorum, miseretur timentibus se. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum quia sit fragile, precatur, ut non intret in iudicium cum seruis suis, quia non iustificabitur in conspectu suo omnis viuens. Quin potius, ut longe faciat à nobis iniquitates nostras, nosque ad se conuertat, & à nobis iram suam auertat, perficiatque gressus nostros in semitis suis, ut non moueantur vestigia nostra. Tunc rex, cui vnica ecclesia sua est, illius inclinatus precibus, & dolore poenitentiaque illorum pro quibus ipsa precatur, sententiam

Pfal. 102.

Pfal. 50.

Pfal. 102.

Matth. II.

Esaïi.

reuocat, & piissimis beneficijs profequitur eos, quos dignos perenni supplicio fecerat culpa, ad se vocat, ac blandissimis verbis solatur. Quod nūquam fecit Asuerus, venite (inquiēs) ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos, & alibi, quiescite agere peruersē, discite lenē sacerce, querite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo. &c. Et venite & arguite me, di. it. dñs. Et sic misericordia amplectitur, quos iustitia reiecerat, neutra tamen iniusta faciens, hac est nobis liissima Hesther ecclesie nostrae conditio, hoc ingenū, hec eius sunt viscera, is in suos effusus amer, hic Dei animus, qui ita cereus est in eos, qui constrito sunt corde, ita facilis in facile habentes peccatū, et exitus lacrymarum oculi deducant quia legem Dei non custodierunt. Ita misericors in eos qui peccatum suum agnoscunt, & fatētur, & qui, eo quod, tempus rem pretiosissimam prodegerāt diuina clementia abutentes, quae illos ad poenitentiam adducebat, & imitabat, fracto pra dolore corde moestissimi, quia in Deum ingratisime deliquerunt, clamant, pater peccaui in caelum, & coram te, non sumus digni vocari filij tui, fac nos sicut vnum ē mercenarijs tuis.

Luc. 15.

*

ECCLES

ECCLESIAE VOCATIO EX gentibus in Rebecca.

GEN. XXIII. Abraham cupiens filium suum charissimum Isaac foeminae concupulare & genere & vite cādore nobilissimae, puerrum misit, qui Rebeccam puellam omnibus numeris absolutam secum duxit, quam iuxta puteum, aquam haurientem inuenit, & donis ipse pretiosissimis decorauit, in quo ecclesie ē gentibus electio prafigurata fuit. Abraham siquidem multarum gentium pater Deum expressit, rerum omnium parentem & autorem. Is autem mortua Sara, id est synagoga, puerrum misit, qui apostolorum fuit typus, quibus propter morum innocentiam, vitam inculpatam, animorum sinceritatem, mirē puerrum nomen congruit. Hi enim cum praedicaturi omni creaturae euangelium mitterentur, Rebeccam, id est gentium ecclesiam, Isaac, id est Christo mundi felicissimo gaudio, qui moerorem abstulit & luctum mundo aduentu suo desideratissimo, vult sponsam gratissimam adduxerunt, varijs ornatum, & decoratam virtutibus, & gratijs, quae Christum agnoscens, luce desuper sibi concessa, ē gibbo cameli, ē superbia, animiq; tumore descens dens, humiliavit se & coram illo dimisit, cui huiusmodi submissio gratissima est. Fuit autem a puero

Ecclesia ex gentibus.

Aug. ferm. 64.
Gregor. in cap. 14. lob.

reperita iuxta puteum Rebecca, quemadmodum
 & gentiliū ecclesia, iuxta suae philosophiae puz
 teum, è quo mira naturae secreta iudicio suo crues
 bat, sed reliquit hunc, & fontem adiit aquae viuae,
 quam qui bibunt, non sicient in aeternum, sed fit il
 lis fons aquae salientis in vitam aeternam.

Ioan. 4.

ECCLESIA EX IVD A E I S
 & gentibus in duabus vxoribus Iacob.

Ecclesia ex
 iudaeis & gen
 tibus.



EN. XXIX. IOCOB
 Deum rerum omnium opificē
 in eo adumbravit, quod duas
 vxores habuit. Liam scilicet,
 & Rachelem, quarum altera
 lippos habens oculos plurium
 filiorum effecta est mater, altera vero, cisi exters
 na quadam praedita pulchritudine, sterilitatis ops
 probrio aliquandiu laboravit, postea tamē & libe
 ros genuit, & parentis idōla furata est. Habuit. n.
 Deus & populos duos Israeliticum, quē expressit
 Lia, qui primus filios habuit euangelico sermone
 genitos, sed qui infirmos oculos habuerit, veritatis
 splendorem spectare nolentes. Habuit & gentilis
 eum, generis quadam nobilitate, varia humanar
 um disciplinarum cognitione decorum, sed steri
 lem. Qui tamen, euāgelica postea suscepta doctri
 na, tot

Aug. sermo.
 80.

na, tot habuit filios, vnde dicere potuit, quod & di
 xit Rachel sterilitatis nota iam liberata, ab stultit à
 me Deus opprobrium. Huiusmodi euentus praenū
 dens sacer propheta ita loquebatur, Letare sterilis,
 quae non paris, erumpe, & clama quae non partus
 ris, quoniam plures erunt filij deserta, quam eius,
 quae habuit virum. Furatus etiam patris idōla pos
 pulus fuit, cum paternis superstitiones omittens,
 simulachra vt vana reiecit, intelligens demonis es
 se inuēta, quibus tā miserē tot imponebat populis.

Esa. 54.

ECCLESIA PRAESIGNA
 ta in Raab.



DS V. II. Cum ab Iesu
 ilio Nauemitterentur explos
 ratores, qui terram promissio
 nis inspicerent, hospitioq; reci
 perentur à Raab meretrice,
 quae eos fidissimē seruauit, cum
 ab impio rege quererentur terram ingressi, vis
 cissim ab illis seruata est, dāto ei in salutis signū fu
 niculo coccineo. Fuit Raab expressa ecclesiae figu
 ra, ad quā exploratores. i. apostoli, mores, ritusq;
 gētiū exploraturi à Iesu seruatore nostro sūt missi
 ite, dicente, & predicate euāgelium omni creaturae.

Ecclesia ex
 gentibus.
 Orig. hom.
 5. in Ies. nau.

Mat. 16.

Et. Quae, eo qd idōlis recubuerit, meretrix nō in
 dignē

digne poterit appellari, cumq; eos exceperit, ab illis salutari doctrina, quam prædicabant, seruata est, æternisq; bonis digna effecta, idq; non funiculo coccineo, sed pretioso Christi sanguine, quem ille adumbravit. Ne cui tamen videatur mirum, quod meretricem typum figuramq; ecclesiæ esse dixerimus: apostolum audiamus ad Titum scribentem, eramus aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in nequitia, & inuidia agentes, odibiles: odio persequentes. &c. Et iterum, sed tunc ignorantes Deum seruiistis ijs, qui natura non sunt dij: ac alibi, eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Nolite errare: neq; fornicatores, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; idolorum, neq; auari: neq; maledici, neq; ebriosi: neq; rapaces regnum Dei possidebunt. Et subiicit: & hæc eratis aliquando, sed abluti estis: sed sanctificati estis: sed iustificati estis in nomine Iesu Christi & in spiritu Dei nostri: sic & Raab, meretrix quidem antea erat, & exploratores exceperit: atq; ab illis edocta hæc uirginum Deo credidit illi fidei, religionemq; suam amplexa est.

M A R I A E

Cap. 3.

Eph. 5.
I. Cor. 6.

MARIAE VIRGINIS, VT CHRISTI fieret mater, consensus, in Rebecca consensu.



NON est qui dubitet, quicquid honestatis, & modestæ pulchritudinis fuit in sanctis antiquæ legis fœminis, id omne simulachrum fuisse, & umbram pudicissimæ virginis Mariæ, fœminarum omnium decoris & gloriæ. Sed offer se nobis in primis formosissima, & honestissima Rebecca: ad quam Abrahamus Patriarcha nobilissimus seruum misit, è nobilioribus, quos domi habebat, ut eam Isaac filio sibi charissimo peteret coniugem. Quæ, audito serui nuntio, modestè, simul ac promptè consentiens: Vadam cum homine isto, dixit, ex quo uxor fieri meruit Isaac, & numerosi populi mater. Ita & cœlestis pater, agnita uirginis pulchritudine, quam miris decorauerat uirtutibus, eius amore illectus è cœlesti aula Archangelum misit Gabrielem, qui eam iuxta puteum inueniens, id est, iuxta profunda supernæ legis mysteria aquam hauriens, id est uilitatem in ipsa latentem: sic est alloquutus. Aue gratia plena. sed in hoc pudor & modestia uirginis, pudorem & modestiam Rebeckæ, etsi fuit maxia

Mariavirgo

Gen. 24.
Mariæ uirginis contentus.

I 5 ma,

Luc. 1.

ma superauit. Quod illa ad incogniti hominis vocem non expauit, at virgo subito Angeli aspectu, & inexpectata salutatione expauit, turbata est, sed cum Angelicis sermonibus & promissis timor est ademptus. Angeli petitionibus annuens, & ecce ancilla domini dicens, veri Isaac, id est, Iesu suauissimi mater fieri meruit, & omnipotentis patris filia, ac sanctissimi spiritus sponsa, & totius humani generis aduocata. Et quemadmodum Isaac acerbissimum dolorem, quem ex interitu matris habuit, Rebecca amore & coniugio leniuit, ita & Christus Iesus dolorem posuit, quem de casu ac morte primæ matris Eue conceperat, odium etiam & indignationem, quam in homines male de se meritis habebat, dum virginem sibi in sponsam copulauit.

PURISSIMAE VIRGINIS CONSENSUS, ut Dei esset sponsa, Christi mater, in Abigaille.

1. Reg. 25.
Mariæ virginis consensus.



RAESIGNAVIT virginem Abigail femina prudens, castissima, & castissima. Prouocauerat. Nabal vir stultus & parum consideratus Dauidem regem, & ita in eum ira incensa

sua

sus est Dauid alioquin mansuetissimus, ut cum peccati reus solus esset Nabal, decreuerit, statueritque animo, domum eius euertere & usque ad mingentem ad parietem occidere, ac gladio transfigere. Quod cum resciret Abigail fecit, quæ blandis suis sermonibus & modesto aspectu, ita regis animum temperauit, ut agnum fecerit e leone, ouem e tigri. Et non tantum propriam vitam seruascerit, verum & Nabal, domusque totius. Ita placuit huius femine grauitas, pudor, pulchritudo, & modestia Dauid, ut, mortuo Nabal, seruos miserit, qui suo nomine renuntient, velle, eam in uxorem accipere. Quæ regis maiestatem ac celsitudinem agnoscebat & in suam humilitatem oculos figens, ita respondit. Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruorum domini mei, & ita effecta est regia uxor. Diuinum præceptum transgrediens Adam, cui valde mirè congruit Nabal nomen, sua stultitia æterni Dauidis iram tantopere prouocauit, ut ipse, domusque tota, & propago morti essent damnati. Ita Paulus, per unum hominem, peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & hanc indignationem significans, eramus omnes natura filij iræ, dixit. Sed virgo pudicissima

Applicatio.

Rom. 5.

ma

Luc. 1.

ma Deum peccato offensum modestia probitateq;
sua placauit. Inuenit enim iuxta Angeli verbum
gratiam apud eum, quae tanta fuit tamq; ex ubera
rans, vt non seipsam tantum, sed transgressorem
ipsum Adam, vniuersamq; genus hominum (du-
modo ipsi velint) à morte liberauit, vnde merito in
uentrix gratia ab Ecclesia appellatur, dicitq; de
ea coelestis rex, quod dixit Dauid Abigail sibi ocs
currenti. Benedixisti tu, & benedixtum eloquium
tuum, quia prohibuisti me hodie ne irem ad sans
guinem, & vlciscerer me manu mea. Huius corpo
ris & animi candor ita diuinis placuit & arrisit
oculis, vt post mortem prauaricatoris Adæ, adue
niente temporis plenitudine, nuntium suum Gabrie
lem Archangelum ad eam miserit, vt patris cons
iux, & filij mater esse vellet, cui modestissima re
spondens, ecce ancilla domini fiat mihi secundum
verbum tuum, dixit. Et ex illo temporis puncto di
uinae prolis mater est effecta, Dei sponsa.

VIRGO AETERNI REGIS

pacatrix in Hesther.

Hest. 5. & 7
Marta pacat
rix.



VIT Virginis sanctissimae expressa
in 120 & figura Hesther foemina fors
issimam & pulcherrimam. Hesther enim
cum 120 & sceret sententiam à rege las
tam,

tam, qua iubebat, Iudaicum nomen extinguere, fas
mam abolere, & Iudaeos omnes gladio transuerbe
rari, idq; factum inuidia Aman hominis sceleras
tissimi, & nequissimi, sumpta ex Mar dochæo occa
sione, medium ipsa extitit, quo non tantum rex
sententiam reuocaret, sed quod damnati in regis
gratiam, & amorem restituerentur, & Aman, cu
ius diro, ac crudeli animo indutus fuerat rex, eifs
dem poenis mulctaretur. Nam cum id resciret Hest
ther, duas, inquit historia, assumpsit famulas, &
super vnâ quidem innitebatur, quasi præ delictijs
& mixia teneritudine corpus suum ferre non su
stinens, altera autem famularum sequebatur de mi
nam, de fuentia in humum indumenta sustentans,
ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gra
tis, & nitentibus oculis tristem coelabat animum.
Virgo nostra sanctissima, & diuina Hesther Ada
mum cum posteritate sua diuina sententia & edis
cto aeternae morti damnatum, nouit, idq; superbi
Aman, id est, diaboli impulsu & susu: eius enim
inuidia mors intrauit in mundum, sed ipsa duabus
potissimum comitata famulis, si ad, vt pte cui inni
tebatur, & propter quem beata dicta est, quia cre
didisti, quia perficientur in te ea, quae dicta sunt ti
bi à domino: & humilitate, qua, cum aeterno verbo
mater desideraretur, ac peteretur, dixit. Ecce ans
cilla domini. &c. Roseo colore, id est, virginico
pudore

Sapient. 2.

Luc. 2.

pudore perfusa, & oculis ita lucidis, ac gratis, vt
 eorum amore rex omnipotens caperetur, ita pla-
 cuit irato regi, vt damnato Aman, & principatu
 illius deturbato, Mardocheus, & eius posteritas in
 illius locum suffulciretur. Ita Ioannes, princeps hu-
 ius mundi iam iudicatus est. Et iterum, nunc iudis
 cium est mundi, nunc princeps huius mundi eijec-
 tur foras. Et rursus in Apocalypsi, nunc facta
 est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, &
 potestas Christi eius, quia proiectus est accusas
 tor fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante
 conspectum Dei nostri, & nos iam habemus
 accessum per fidem in gratiam Dei, in qua stas
 mus & gloriamur in spe gloriae filiorum. Nih-
 il enim damnationis est ijs, qui sunt in Christo
 Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Et hoc
 beneficio humano collato generi exultat vniuers-
 sum. Est enim gaudium magnum, vt Angelici le-
 gati pastoribus dixerunt. Vidit populus, qui sedes
 bat in tenebris, lucem magnam, habitantibus in re-
 gione umbræ mortis lux orta est eis. Vnde merito
 virgo nostra gloriosissima pulcherrima Hesther,
 decus, honor, & gloria Christianæ gens
 tis dicitur, vt quæ tantam gras-
 tiam in æterni regis
 cōspectu inue-
 nerit.

Ioan. 16.

Apo. 12.

Rom. 7. & 8

Luc. 2.

Isai. 9.

VIRGO INFERNI HOSTIS
 victrix, in Iudith.



EXPRESSIT virginem admirans Iudith. 35.
 da Iudith inlytum foeminarum decus,
 quæ Bethuliam oppressam, gentemq;
 suam afflictam, tristitia, & moerore confectam Maria vlt
 Heloferus obsidione, qui vrbs excidium trucus ^{Genix.}
 lentamq; ciuium stragem minabatur, virili robore,
 & animo, mirabiliq; industria liberauit, & nos
 etem illam (& quid nocte tristius?) in latum diem
 ac splendidum conuertit; tyranni caput amputans,
 quem tot capita breui amputaturum timebant.
 Quod fecit suavissima Maria tyrannum Tartas
 reum trucidans, qui Ecclesiam, gentemq; suam
 non obsidebat tantum, verum vsurpabat, non vis-
 tam adimebat mortalem, sed immortalem. Vnde
 in Ecclesia tot suspiria, tot gemitus, tot ululatus
 penitentium, ac desiderantium Seruatoris aduen-
 tum: qui ex virgine natus facturus erat è peccata
 ti seruis iustitiæ liberos, è filijs iræ filios gratiæ,
 è filijs gehennæ hæredes regni cœlorum, amputa-
 to inferni hostis capite, direptis armis, & spolijs,
 in quibus confidebat. Vnde gratissima illæ voces,
 quæ à Bethuliano populo in gloriam, laudemq;
 victricis Iudith fuere decantatæ. Tu gloria Hie-
 rusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia
 populi

populi nostri, de gloriosa inclytāq; Maria dignissi-
 me canentur. Illa enim Christiani populi gloria,
 fuit ad tātam dignitatis euecta fastigium, vt atera-
 ni regis effecta sit mater, mundi regina. Illa leti-
 tia fuit, cum sanctissimo illius partu, vniuerso orbi
 gaudium fuerit ab Angelis annuntiatum. Neq; vt
 cunq; gaudium, sed quo maius, aut conuenientius
 vllum mundo non potuerit annuntiari. Gaudium
 pellens mœrorem, quo vniuersum hominū genus
 miserè erat affectum, ob grassantem Tartareum
 tyrannum, cuius peruersæ potentie Holofernis
 collata potentia, vix esset locustæ animalculi iner-
 tis, & infirmi. Illa fuit populi nostri honorificen-
 tia. Quid enim gloriosius, aut æquè honorificum
 potuit lapsò in tantam miseriam homini cuenire,
 quam sororem habere, quæ magno cum honoris
 fœnore, dedecus & ignominiam Eux depelleret?
 quæ Dei esset mater? nosq; illius cognatione sacra
 Dei redderet filios? & superni regni cum Christo
 cohæredes? hæc vera gloria est, letitia pura, solis-
 dus ac verus honos, cui si, quæ mundus vt glorios-
 sa, leta, & honorifica miratur, conferre velis, ludi-
 crum quid esse dicas. De te ergo Iudith domina
 Maria sanctissima, quod veteres illi de Iudith me-
 rito dixerunt, Christianus canit populus. Benedi-
 xit te dominus in virtute sua, quia per te ad nihi-
 lum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu à do-
 mino

mino Deo excelsò præ omnibus mulieribus super
 terram, quia nomen tuum ita magnificauit, vt non
 recedat laus tua de ore hominum.

VIRGO, ILLIVS QVE SALVTARIS
 fructus, in vite, & botro, quem adduxere
 exploratores ex Palestina.



RAETER pudicissimas
 fœminas corporis & animi
 pulchritudine præditas, quæ
 virginem sanctissimam nos-
 tram modo quoddam miras-
 bili adumbrarunt, pleraq; as-

Marie frus-
 tus benedi-
 ctus.

lia in scripturis sunt, quæ virginis sanctissimas do-
 tes mirabilesq; virtutes ob oculos ponunt. In pris-
 mis vitis illa nobilis eam adumbravit, de cuius pal-
 mite insuditi ponderis botrus est natus. Quem
 vix humeris baiulare potuerunt duo illi Israelitis
 cæ terræ exploratores. Est enim ex hac vite Chri-
 stus natus, botrus vberimus, quem duo testamen-
 ta baiulant humeris, tam grauis, vt in statera iusti-
 tiæ positus, peccatorum nostrorum pondus gra-
 uissimum in altum sustulerit. Non enim (vt inquit
 Paulus) sicut delictū ita & donū, si enim vnus de-
 licto multi mortui sunt, multo magis gratia vnus
 hominis Dei in plures homines abundauit. Hic tam
 nobili,

D. Aug. ser-
 mo. 100.
 Num. 13.

Rom. 5.

nobili, tam suavi, tamq; efficaci fuit succo, vt gustatus innumera hominum millia sobria, salutiferaq; ebrietate dementauerit. Ita vt seculi mortiferas delicias, inania gaudia, labiles honores, momentaneas diuitias, generosis mētibus & reliquerint, & aspernati fuerint. Vnde animosa illa Apostolorum vox: *Matth. 19.* Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Hoc inebriati vino læti, & exultantes ad tormenta, & supplicia properabāt, lucrū existimātes quicquid Christi amore amittebant, scientes quod id, quod momentaneum est, & leuis tribulationis, ingēs gloriæ pondus supra modum operatur.

Matth. 19.

2. Cor. 4.

VIRGINIS PRÆSTANTIA, IN muliere sole amicta.

Apoc. 12.
Mariæ virginis cellitudo.
Bernard,



RESIGNAVIT Virginem purissimam mulier illa, quam aquilinis oculis aspexit Ioānes. Sole erat amicta, & lumen sub pedibus eius, inq; eius capite corona stellarum duodecim. Virginem siquidem serenissimam diuini solis claritas circumuestit, neq; enim creatura vlla fuit vitæ sanctitate clarior, purior, & splendidior, neq; cuius vitæ lux ita effulserit, neq; in qua cœlestis pater amplius glorificatus fuerit. Est enim amicta sole,

sole, & quod magis mirandum est, ea solem purissimam suam humanitate amixit, cum vitæ solem, mundi lucem, nobis hominem dederit. Lunam nunquam eodem vultu fulgentem, quippe quæ rerum fluxarum gessit typum, pedibus substratam calcavit, nihili faciēs terrena omnia, siue diuitie essent, siue delitiæ, siue honores, vt quæ res esse vanitas, ludicras, ac somnio similes, intelligeret. Eius niuea tempora fulgentissimarum virtutum corona decorat. Nonne fulgentissima stelle & lumina clarissima sunt, virginitas, modestia, & reliquæ virtutum chorus, quæ supra modum in virgine splenduerunt, Ecclesiamq; nostram illustrarunt? hæc capiti superpositas habuit, cum lunam sub pedibus habuisset, terrena, & humana nihili ducens, virtutes autem, vt quæ sole pretio dignæ sint, tanti habens, vt pro corona capiti illas superposuerit.

VIRGO, ILLIVSQUE VIRGINITAS, in virga Aaron.



RESIGNAVIT figurata virgo in virga, quæ data fuit Aarōni sacerdoti in sacerdotij confirmatione, illa siquidem neq; mortali consita manu, neq; terreno irrigata succo, supra naturæ vires, & virtutē, intra modici tēporis

Heb. 9.
Num. 17.
Mariæ virginitas.

spacium gemis turgescere cepit, flores erumpere & in fructus coalescere. Virgo sanctissima coelestus concipiendo floruit, diuino scilicet superueniente spiritu, & floridam illius virginitate obumbrante: & quem concepit Iesum sine cruciatu peperit, fructum nobis adens viuificum, & qui male gustati pomi morbum mortalibus auferret. Fructum cuius mirabili esu reficiuntur in terris electi omnes, qui prae illius gustu & suauitate, amarum extimant, quicquid pro dulci lactat mundus. Hoc etiam fructu in caelesti paradiso satiantur beati. De hac virga sanctissima, de qua eius amoenissimo flore longum contexitur sermonem Esaias propheta, in quiens: Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, &c. Est enim virgo, felix plantula de Iesse radice subnata, nihil inde sordium contrahens, de qua Christus Iesus est natus, flosculus longe fragrantissimus, qui blandissimo suo ac iucundissimo aspectu terras pariter ac caelos impleuit letitia, in cuius odorem trahantur homines in vite coelestis amorem, cuius odore teater ille, & insuauis odor, quo cuncta resperfit Adam, fugatus est. Ita ut iam Christi bonus odor sint in omni loco, & sanctissimi eius nominis oleum effundant, quo Ecclesiae domus repleta est, quot quot

Cap. II.

quia in eis
conceptio
et in ma
culata
gratia pe
culata
peccato cu
m
uadit

2. Co. 2.

quot eius religionem purissimam profitentur.

Gloriosissima nostrae virginis innumerabiles virtutes coelestis explicuit spiritus plurimis tropis, ac figuratis locutionibus, quibus eam appellare placuit. Est enim speciosa in campis oliua, quae pulcherrimo suo aspectu modestos Ecclesiae campos sanctamque planticem venustat, decorat & ornat, spectantium oculos utiliter recreat, de cuius illibato corpore semper virentem furculum, ac ramum decerpit ille, cui familiare est in colubae specie apparere mortalibus. Hincque in Ecclesiae arcam detulit, in pignus certissimum finiendi diluuii peccatorum, mundiisque renouandi Symbolum. Erant enim omnia sua peccato conclusa, & omnes naturae filij irae, eramus peccati serui, damnationis rei, sed hic furculus, cessare iam peccati inundationem, non tantum ostendit, sed fecit, nos a peccato liberans, & in a summis in se reconcilians, clementer pro nobis patiens quicquid nos ingrati homines merueramus. Hic denique blando suo, suauisque amoris oleo, mentes nostras absterfit a squallore vetustatis, sicutque terreni Adami, & eo pascitur Ecclesiae lampas, ne ruquam in ea fides possit extingui.

Eam etiam palmae contulit, & palmam appellauit, quod perpetuo vireat virgo. Et eam neque prosperae res, neque aduersae valuerint a rectitudine flectere, sed prosperas tam nobili exceperit anni

Oliua.

Rom. 6.

Palma.
Mariae vas
rius perfectio
nes in sequen
tibus similia
bus.

Luc. 1.

mo, vt nunquam à modestia, quæ sibi fuit indiuis
 dua comes exciderit. Sed tanto se submissius gesses
 rit, quanto diuinis beneficijs efferebatur altius. Ita
 vt cum Angelicis promissis intelligeret, se diuinæ
 prolis matrem futuram, tunc se ancillam appellas
 uerit. Et cum in partu suo foelicissimo Angelicos
 choros videret inauditos in terra hymnos canen
 tes, videretq; pastores ad infantis adorationē An
 gelico iussu properates, ac deniq; fulgentē stellā,
 & eius ductu opulentissimos reges, virosq; sapien
 tissimos in Bethlemiticum tugarium venientes,
 seq; & sui infanti submittentēs, & pro rege ac
 Deo cum adorates, non est elata modestissima vir
 go, sed omnia hæc conferens in corde suo æter
 num glorificabat patrem, & filium, quem lac suum
 suggestentem videbat, adorabat. Nec res eam ad
 uersæ depresserunt, sed diuinæ semper voluntas
 ti conformis filio similis, etsi in ea esset infirma ca
 ro, quæ filij sibi charissimi dolores, crucē, ac mors
 tem vehementer sentiebat, spiritus erat promptus.

Cedrus.

Rursum eam cedro asimilauit, quæ in Libano
 nascitur, eo quod virgo virtutum suauissis
 mum odorem late sparsit, & sola inter mortales
peccati cariem non senserit, quin & quod facit
est eam pennis cedrus, facit alia nostris animis,
 peccati arcens, & suo exēplo prouocās innume
 ra hominū millia, vt incorruptā vitæ puritatē me
 ditentur

ditentur. Nonne hoc prouocata fuit Agnes? Aga
 tha? Catherina? Dorothea? Lucia? Ursula? & vir
 gines aliæ odoratissimæ, quæ è terrestri Libano in
 cœlestē sunt translatae? meritò ergo cedrus nuncu
 patur Maria. Siquidē eius odore & imitatione tot
 in Ecclesiæ Libano sunt cedri enate, nascuntur, &
 nascuntur. Ita vt nunquam huic nostro sanctissis
 mo monti sint defuturae.

Speculum.

Contulit & virginem speculo, eam vitæ specu
 lum appellans. Quod eius vita nitidissima fuerit,
 et cristallino quouis speculo fulgētior, et clarior,
 ita vt in nullo alio diuinitatis effigies effulserit
 expressius, neq; veras rerum formas certius reddi
 derit aliud, quæ candida & pulchra sunt vt virtu
 tes, pulcherrima reddens, quæ vero nigra & defor
 mia, vt vitia, vitæ exemplo indignissima esse osten
 dens. Ad huiusmodi speculi aspectum se ornarunt
 virgines, quæ eam nunc comitantur in supernæ
 Hierusalem curia, quæ celsis animis & mentibus,
 corporis fucos, ornatiū, ac deniq; muliebrem mun
 dum contēnentes, ad immortalis animi pulchritu
 dinem, & ornatum curam omnem transtulerunt.

Rursum & virgule sumi ex aromatibus myra
 rthe, & vniuersi pulueris pigmentarij eam diuinus
 asimilauit spiritus, eo qd à verū caducariū amore
 mirè extenuata purissimis votis supernā peteret.
 Neq; n. creatura vlla fuit minus rerū humanarū
 amore

Virgula sua
 mi.

amore tēta, & que naturas, ac pretia omnium agnoscentes sanctiori animo eis uteretur in fine, ad quē eas suprema sapiētia considerat, reiiciens quae visus essent, sectans quae pretiosa, ita incorrupte de omnibus iudicans, ut vnaquaque res, qualis esset, existimaret. Est autē virgula fumi, quae charitatis ignis nunquam in ea extinctus emittebat, sed est virgula fumi myrrhae, quae illesam illius virginitatē ab omni corruptione liberam exprimit. Hunc enim habet potissimum effectum myrrha, quod à corruptione praeseruat. Est etiam & vniuersi pulueris pigmentarij diuina haec virgo, nam vniuersae virtutes quae odoratissima sunt, suauissimum in ea odorem habuerunt, ut modestia, mansuetudo, patientia, deuotio, & reliquae amabilissimae sorores.

Liliam.

Dicta est etiā liliū conuallium, eo quod lacteo virginitatis candore summā modestiā adiunxerit, enatum siquidē est huiusmodi virginitatis liliū candores lucē ac niue superans, nō in superbia scopulis, sed in humilitatis conuallibus. Nā quemadmodū nulla unquam creatura fuit, quae esset in virginitate virgini conferenda, nec minus quae in modestia: ut tū harum virtutum gratissimū virorē diuinus significat ut spiritus, enatus in conuallibus dixit, eo quod atque riuuli cum in conualles decurrunt, tutioresque ibi herbae sint à temporis iniurijs, soleant, quae ibi nascuntur, gratiora & vberiora esse.

Est

Est itidem & Platano iuxta aquas confito comparata virgo, eo quod praeter virorem quem habet illa admirandum, gratam fessis hominibus praebet vmbra, quod facit mirabili modo & clementia benignissima virgo, ad cuius vmbra confugiunt quotquot erumnis aut laboribus se se vident fatigatos, eius inuocantes nomen, implorantes auxiliū & expectantes opem. Eam inuocant, qui infirmitatibus laborant, eā inuocant, quotquot siue in mari, siue in terra periculo sunt expositi: tandem omnes cum fessi sunt quocumque id sit labore, ad huius platani vmbra confugiunt. Huius rami longissimi sunt, ut qui ad eos omnes se extendant, qui pio ac fidenti animo praesidium effugitant. Folia amplissima, ut quae omnes obumbrant, qui eius se tu tela pie ac confidenter committunt.

Platanus.

Comparata etiam virgo sanctissima est roscae ac surgenti aurore, eo quod candida & purpurea cum sit & omnium oculis gratissima, Christi solem spectatissimum & desideratissimum nobis exhibuerit. Qui metum tenebras pellens & eas luce perfundens sol appellatur vita, eo quod homines peccato mortuos in vitam restituerit gratissimam. Sol iustitiae, eo quod factus fuerit nobis (nisi tāto beneficio indigni id repulerimus) sapientia, iustitia & sanctificatio. Sol, in cuius pennis siue alis, ut Malachias propheta inquit, est sanitas, quia ille

Aurora.

Malach. 4.

Malch. 4.
Horror.

lis sanat infirmitatem nostram.

Iterū hortus conclusus dicta est virgo, nā diuina custodia sepe fuit circumunitus, quē ita caute ac diligēter seruauit, vt nullā vnquā petulans cogitatio quauerit irrupere, sed semper virēs, semper floridus ac paradiso similis extiterit. In hoc miro ingenio & arte diuinus hortulanus varias aromatum areolas dixinxit, in quibus uiua nūquā defecit fides, virēs spes, rosea ac purpurea charitas & cādidā uirginitas, atq; in conspōsus, qui pascitur inter lilia & in meridiē cubat suauissime deliciebatur.

Fons.

Est etiam & fons signatus appellata in quo intacta illius integritas & uirginitas plane significatur, quam non corpore tantum habuit, sed habuit & animo, ita ut uirgineus & purissimus animus, uirgineum & purissimum habitaret corpus, & utriq; parte fons signatus esset, quem nulla vnquam fera turbauit affectio, nec tangere potuit, sed aqua scaturiebat nitidissima, uita, inquam, celesti ac diuina, & in qua filij imago amplissime effulgeret. In hunc fontem binnulus sanctissimus montes transiliens ac colles amore nostro percussus sitim, quam nostrā salutis habebat, sedaturus uenit, exinaniens semet ipsum: formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, habitu inuentus ut homo. Fontis huius aqua, molli, dulci, & luce magis clara, se se lauant, corporis & animi

Phil. 3.

nimi faciem, & maculas terferunt sceminæ omnes: quæ diuinis oculis placere, pulchræq; uideri studuerunt, ut Polonia, Prisca, lulta Scholastica, & Petronilla. Et hodie se lauant (suscis mortiferisq; a quis spretis, quas demonis adinuenit industria carni sibi amicitiam, & cuius blanditijs toties in nostram perniciē abutitur) honestæ mulieres, quæ diuino magis in seruire spiritui intendunt, ac cupiunt, quam maligno & fallaci mundo.

Etiam & cinnamomum ac balsamum aromatisans Maria sanctissima dicitur, eo quod Christi bonus odor in omni loco fuerit, & eius notitia odorē manifestauerit, suaq; interuentione pleriq; mortaliū à diuis peccatorum uulneribus sanentur.

Rursum rosa Ierichana appellatur, cui simile nullam vnquam terrestris produxit paradysus, quæ ita delectaret aspectu, recrearet odore, & puritate alliceret. Fuit. n. ita pulchra, ut Deus illius amore caperetur, ita odorifera, ut cælos attigerit eius odor, ita grata, ut sibi eam decerpserit ac delegerit eterna sapientia, cum pater eam adoptauit in filiam, filius elegit in matrem, spiritus sanctus duxit sponsam.

Virginei pectoris typum gessit floridus lectus, quem eterni patris filius puritatis amator cælestibus excubijs muniuit, ita ut nulli vnquam cogitationi parum pie patuerit ac ditus,

Balsamum.

2. Cor. 2.

Rosa.

Leuulus & ridus.

Cant. 1.

Mariae vir-
ginitas.

ditus, in quo nihil repertum est, quod aut delicias
tem offenderet sponsum, aut obstreperet quiescen-
ti, sed mollis cum esset, blandus & odoriferus, sum-
ma erat in eo pax, summa tranquillitas. Tãdem di-
gna erant omnia sponso, qui, quia flos erat cama-
pi, floridum sibi elegit lectum, ubi semper per gra-
tiam quiescens novem mensium spatio quiesceret,
& inde tanquam sponsus de thalamo suo egrediens,
florida humanitate conspicuus appareret mortalis
libus.

Exod. 3.
Rubus.

Mariae vir-
ginitas.

Virginea puritatis typus fuit rubus Moysi
flagrare visus, qui cum flammis videretur combu-
ri, virgēs & illesus mansit, præsilians (ut diximus)
intactam Mariae virginitatem, quæ concipiens &
pariens his flammis, quæ reliquis fœminis virginis-
tatem absument, illesa mansit, & inter mortales
omnes sola ipsa virginis, & matris nomen pro-
meruit.

Vellus.

Iudic. 6.

Mariae vir-
ginitas.

Illam etiam adumbravit, & eius simulachrum
gessit niueū Gedeonis vellus, quod ab area semotū
coelesti rore est complutum. Est enim vellus candi-
dissimum virgo, quo se induit agnus sine macula,
qui tulit peccata mundi, & in quem descendit sicut
pluuia in vellus, omnis peccati strepitu & ru-
more longissime fuzato & expulso. Hunc pura cō-
cipiens, pura enixa est, pura post partum perman-
ens, in omnibus à cōtagio carnis procul semota.

Virgia

Virginitatem istam etiam vaticinabatur Eze-
chielis diuini vatis porta clausa & ad orientem si-
ta, virgo etenim dulcissima Maria porta fuit, qua
Christus Iesus mundum ingressus est, ut cum à ty-
rannide diaboli liberans in libertatē assereret, sed
eius integritatis claustra neq; ingrediēs neq; egre-
diens violauit, imo consecrauit. Spectat autem nō
ad Aquilonem, vnde panditur omne malum & cu-
ius princeps diabolus est, sed ad exortum, vnde
sol oritur nouus & nouator omnium, vera lux, quæ
illuminat omnem hominem venientem in hunc mū-
dum, lux in tenebris lucens, & quam tenebræ non
comprehendunt. Est hæc speciosissima porta, ad
quam qui pulsat, exauditur.

Ezech. 4. 4.
Porta.

Mariae virgī-
nitas.

Hier. 1. 8. 4
Esai. 1.


Illam etiam & præsilians mons de quo laz-
pis abscisus est, qui contriuit, & in fauillam rede-
git statuum. Est enim ab ea sine humana opera di-
uino tantū artificio & spiritus sancti virtute Chri-
stus lapis abscisus, lapis angularis, qui facit vtraq;
vnum, lapis cui innititur sanctissima ecclesie adifi-
catio, nō cessura tempestatibus huius seculi, lapis,
in quem quisquis impigerit illidetur, lapis, qui va-
nam mundi honorum, diuitiarum, & voluptatum
statuum confregit & in fauillam reduxit, fauillā
ac meram vanitatem esse ostendens opere & dos-
ctrina, ac demq; mundum vincens, fortem armatū
spolians, & cuncta sibi subiiciens, & in magnam
mon

Dani. 2.
Lapis. / Imo Mōs
Mariae vir-
ginitas.

Eph. 2.

montem, qui omnia complectet, euzdens.
 Noua Eua. Est uidei & virgo nostra noui Adami noua
 Eua, quæ illum ipsum, de cuius osse & virtute fuit
 Maria ma- genita, carne propria induit. ita ut mirabili æquis
 ter. mate eidem simul fuerit & filia, & sponsa, & mas
 ter. Que honorifico nomine cunctas honorificauit
 mulieres, quas uetus nostra exhonoraucrat Eua,
 quæq; fructum nobis ædidi, qui mortiferi & ma-
 le gustati fructus morbum abstulit, in quem homi-
 num genus fuerat lapsus. Est deniq; ecclesie sor-
 ror tanta mysteriorum similitudine ut quidquid
 illi in arcanis literis tribuitur: idem ipsi mire vis-
 deatur quadrare.

APOSTOLI ET EVANGELII
 promulgatores.



MERTIO Regum. XXII.
 Cum cōgredi uellet Achab rex
 israel cū Syriorum cepis pseu-
 dopphetas, quos habebat, cō-
 suluit, ut sibi belli exitum pra-
 dicerent. Qui cum non à Deo
 sed à corrupto suo prouoq; cerebro uaticinia æde-
 rent, & si aliud se facere simularent: dicebāt, ascē-
 de in Ramoth Galaad, & uade prospere, & tra-
 det eam dominus in manus regis, grata semper
 & in

Apostoli ma-
 gniveritatis
 assertores.

& iucunda regi præfagientes. (cum tamen incerti
 rege incertiores ipsi essent) de his que illi erant su-
 per uentura. Consilio tamen Iosaphat regis iuda
 missus est nūtius, qui Micheam uerum domini pro-
 phetam accersiret, quem ita est alloquutus. Ecce
 sermones prophetarum vno ore regi bona præ-
 dicant, sit ergo sermo tuus similis eorum. & lo-
 quere bona. Cui Micheas ait, uiuit dominus, quod
 quidquid dixerit mihi dominus, hoc loquar. Cumq;
 uentum esset ad regem, percontare uirq; ab il-
 lo: ueluti irridens pseudopphetarum fabulas
 potiusquam diuina responsa: ascende, dixit, &
 uade prospere, & tradet dominus Syriam in ma-
 nus regis. Intellexit tamen rex sibi non respons-
 deri serio, atq; ideo illum multis modis adiurauit,
 ut sibi ueritatem aperiret. Ac tunc ait, uidi cun-
 ctum israel dispersum in montibus quasi oues non
 habentes pastorem. &c. Difficuit tantopere ueritas
 regi, ut Micheam iam à Sedechia in maxillam per-
 cussus in carcerem trudi iusserit, ut ibi belli suc-
 cessus expectaret. &c. Fuere tamē huiusmodi pro-
 phetæ prædicatorum expressa imago, aut si uanis
 certū exemplum. Priores illi, qui prophetæ nomis-
 ne erāt & uestitu, prædicatores adūbrant, qui pro-
 priam querentes ab hominibus gloriam, humanā
 celsitudinem sufficientes, quam semper uellent ha-
 bere propitiā, auribus priuuant, grata enuntiat,
 cumq;

Micheas
 percussus
 à Sedechia.
 in carcerem
 trahitur.

2. Tim. 4.

Cant. I.

Pfal. 118.

Galat. 3.

Pfal. 52.
Eph. 6.

cumq; consuluntur ab illis, non quæ Deo accepta
reipublicæ commodis, illorum animis vtilia fore in
telligunt consulunt, sed quæ maxime velle norūt,
& in quæ potissimum propendi principū animos,
faciuntq; impudentius, quod somnia sua sepius dis
uina esse responsa mentiuntur, neq; vnquam vera
illis prædicant, & si aperte conuenire illis agnoue
rint, eo quod ex ossam habeant veritatem & labia
myrrham primam distillata. Vnde, vt noxij medi
ci, non quas perscripsit Galenus pctiones, aut mes
dicamina, quibus pelleretur morbus, recuperaretur
salus, quæ ægrigustui insipida essent, sed quæ il
lis grata suspicantur, etiam cum salutis detrimen
to, perscr. bunt. Contra vero, veri euangelicæ do
ctrinæ promulgatores, neq; metu coerciti, neq;
muneribus obsecati, neq; inani mundanarum rea
rum spe illusi, Michæ per omnia similes loquuntur
de testimonijs Dei in conspectu regum, & nō
confunduntur. Cumq; rogentur à plurimis, vt pro
spera & grata anuntient, sermoq; illorum sit alio
rum sermoni similis, ita respōdent, viuit dominus,
quod quidquid nobis in euangelio suo, scriptisq;
saceris dixerit dominus illud loquemur. Non enim
querimus hominibus placere, si enim hominibus
placeremus, non essemus Dei serui. Quiq; illis pla
cent, confusi sunt & Deus spreuit eos. Ac ita spiri
tus gladium in omnem hominum conditionem (vt
Deum

Deum velle norunt) animose seduleq; vibrant, etiā
si ob id extremis se obijcere periculis intelligant,
non verentes potentiam, vires, opes, stemmata,
neq; alia, quæ cæca suspicit cū admiratione plebs.
Ac ita opportune importune arguit, increpat &
obsecrant syncerè, nudè, ac planè, diuinam omnis
bus voluntatem annuntiantes, prædicentes victos
riam, victoriæq; ineffabile præmium inuicis chris
stianæ militiæ viris. Qui neq; secundum carnem vi
uunt, neq; carnis opera faciunt, neq; mundum, &
ea, quæ in eo sunt, diligunt, & si inopes, nudi, des
spectiq; hi sint. cum Deus non verèatur magnitus
dinem cuiusquam, neq; personas accipiat. Infortus
natum illis belli cumentum prædicentes, qui & si di
tes, honorati, reges deniq; regum sint, & paulo
minores Ioue, nequiter viuunt, carni lora laxant,
illi vacant, mundi inanem fluxamq; gloriam ses
quuntur, ac rerum æstimatione, desideriorum vas
rietate, vitæ moribus, mundani potius quam chris
stiani videantur, etenim qui talia agunt, regnum
Dei non possidebunt, neq; vnquam in montem dor
mini ascendent. Videant ergo quibus sint auscult
turi homines, quorum victuri consilijs, rege. di
præceptis, ne, si Michæas expulerint, eorum acera
bos monitus spreuerint pseudoprophetarum dia
ctis parentes, tendatur arcus nō hominis sed Dei,
neq; casu, sed illius iudicio, & in eos sagitta impris

2. Tim. 4.

Rom. 8.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 5.

mis mortis directi, dirigatur etiam & damnationis, percatq; impius Achab & illius exercitus disspargatur, Tartareiq; canes dirum lambant sanguinem. &c. Hæc intrepidè facturi sunt illi, quos super Hierusalem muros constituit Deus, vt tota die & nocte in perpetuum non taceant, neq; silentium dent ei. Quod fecere intrepidi illi, gloriosiq; heroes in exordijs ecclesiæ Petrus, Paulus, Bartholomæus, Iacobus, Ioannes. &c. Non exhorrentes carceres, sustinentes opprobria, facti omnium peripetema, quæ omnia fuisse Paulus inelyta speciesq; sanctorum facinora referens: sancti ludibria & verba experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt. Hi enim nunquam regum aut imperatorum potentiam veriti sunt, sed potius audaces & intrepidi, rei, honoris & vite dispendio Christi gloriam, euangelij illius, ac fidei propagationem querebant, nimio tunc suffusi gaudio cum pro nomine Iesu digni essent contumeliam pati, Michæ nobili vati per omnia similes, aperte quod illis suggererat dominus dicentes, siue gratum, siue ingratum, siue incundum, siue infestum audientibus haberetur. Ac ita illorum prædicatione morte, & varijs tyrannorum seu industria quæsitis supplicijs, tot hominum millia ab æterna morte, æternisq; supplicijs sunt foeliciter liberata.


hbi. 62.

1. Cor. 4.
Heb. II.

Aa 5.

APOSTO

APOSTOLORVM ANTE ELE
ctionem ruditas in Mose.



XO. IIII. POTUIT

Deus, qui omnia in sapientia facit, virum eligere mirabili linguæ præstantia præditum, infractoque pectore, vt Israeliticum populum ex Aegyptiæ

Apostolicæ
rudes electi.
D. Theod.

seruitute liberaret, maluit tamen Mosem eligere exili voce tardæq; linguæ, & qui propriam imbecillitatem agnoscens aiebat, quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem regem Aegypti? Ac rursus sum: mite, quem missurus est. Vt præsignaret apostolos, quos non eloquentes, non eruditos, non ditæ, elegit, sed rudes & pauperes. Qui cum infirma essent mundi, ignobilia, stulta, & ea que non erant, mundi sapientes, fortes, disuites, claros, nobiles vicerunt, & superarunt, & hoc totum, vt non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Erant enim fictilia vasa cælestes diuitias ac thesauros portantia, vt sublimitas esset virtutis Dei. Erant veluti exilis vocis tardæq; linguæ, cum non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis illorum esset doctrina, sed qui huiusmodi populum in libertatem erant asserturi, peccati Pharaonis dirissimi & im-

Exo. 5.

1. Cor. 1

2. Cor. 4

1. Cor. 2

L 2 impijssis

pijsimi seruitute oppressū, & in huiusmodi negotio edituri signa, ad quæ omnis mundi potestas & sapientia stupefceret, ac confunderetur. Non ne summæ cuiusdam admirationis signa fuisse dicto pellere dæmones? Umbra sanare ægrotos? Et huiusmodi alia, quæ numerari vix poterunt: quæ toto spectante orbe in euangelij confirmationem operati sunt apostoli? idq; diuino factum est consilio, nã si viros Ciceroni aut Demostheni in eloquẽdo similes elegisset, quibus esset insita quædam à natura vis persuasendi, ducendiq; quo vellet. Ictus mines, dicendi gratia, quæ merito flexanima à quibusdam nuncupata est, eaq; præditi dicti sunt ob hoc lenire tigres rabidosq; leones, aut elegisset disertos in dialectica homines, qui suis argutijs res uiucere possent minus acuta hominũ ingenia, aut alios varijs artibus multipliciq; rerum cognitione instructos, aut qui viribus hominumq; copijs potentissimi essent, aut diuitijs affluentes, posset in illius conspectu gloriari quoddammodo caro, euangelijq; profectus non diuinæ tribui virtuti sed humane industriæ aut potẽtiæ. Dixissentq; prauipetoris homines mirã apostolorum in dicendo vim, picturatamq; eloquentiam feros hominũ domasse animos, suauitatisq; dicendi poculo inebriasse illos, vt relictis imperijs & opibus, seq; ipsis abnegatis & fidẽ haberent euangelio, & crucem suam baiulant

Ma. 6. 32. 16

Diuinum in eligendis apostolorum consilium.

lantes Christum sequerentur, aut suis illos argumentis reuicisse, aut pellexisse muneribus, aut metu compulisse. Ideo Deus, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta, quiq; vocat ea, quæ non sunt tanquã ea quæ sunt, indicibili suæ sapiẽtia viros elegit Moysi similes, omnibus mundi præsidijs destitutos ac nudos, de quibus fidei antesignanus Paulus sermonem faciens, delectusq; rationem reddens, dixit, videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus. Et ita ab insipientibus secreta quædam diuinitusq; concessa virtute sapientes victi sunt, ab imbecilibus fortes, à pauperibus diuites, ab ignobilibus nobiles, à despectis, qui magno habebantur pretio. Et euangelij doctrina, quæ grano sinãpis similis erat, ita excreuit, vt, arbore facta, volucres cœli id est, homines cœlo nati, qui specis dei, charitatisq; pennis superna petunt, in illa nidificent, ibiq; animorum suorum quietem constituat, spemq; figant

Rom. 4.

I. Cor. I.

Matth. 15.

APOSTOLORVM CONTEMPTUS, & imbecillitas militibus Gedeonis.

IVDIC. VII. Cum manus esset conferturus populus israel cum Madianitarũ populo,

Apostolicus
pani & im-
becilles ele-
cti.
Theodo. in
lib. Iud.

lo, essetq; numerosior quā par erat, vt diuina vir-
tus & potētia infundēdis vincēdisq; Madianitis
manifestaretur, loquutus Deus est ad Gedeonē in-
quiens. Multus est populus tecum, vt tradam Ma-
dian in manu eorum, ne quando gloriētur Israel
contra me dicens, meis viribus liberatus sum. Qua
propter, cum eorum maxima pars recessisset, eos
iussit assummi, qui ignauiores imbecillioresq; es-
sent. Dignoscendiq; ij erant in bibendi modo, nam
plures, qui genu flexo celeriter se demittentes bi-
berunt, non inierunt praelium. Inierunt autem tres
centi, qui hoc per ignauiam non facientes ma-
nus ad os tantum admouerunt velut manus lame-
bentes, & ij inaudito armorum genere. Neq; enim
hinniebant equi, fulgurabant clypei, aut emiuus ia-
cula mittebantur, sed pro scuto gerebant lagenas
intus habētes lucernas, pro gladijs tubas, sicq; iussi
sunt in hostes irruere, quos gloriosē vicerunt &
superarunt. Fuere tamē huiusmodi viri Apostolo-
rum typi, eorumq; pugna pugnae, quam erant ad
uersum humani generis hostes habituri. Potuit siqui-
dem eligere Deus viros innumeros, & hos diuites,
nobiles, sapientes, eloquentes, ac nullis non mundi
prestitis praeeditos, sed ne gloriaretur omnis caro
in conspectu eius, vtq; esset sublimitas virtutis Dei
& non ex illis, paucos elegit, & hos infirmos &
omni mundi aestimatione destitutos, quod docet
Paulus

1. Cor. 1.
2. Cor. 4.

Paulus, videte vocationem vestram fratres, quia
non multi sapientes secundum carnem, non multi
potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt
mundi elegit Deus, & infirma, & ignobilia, & cō-
temptibilia, & ea quae non sunt. Et hos armavit
Euāgelicis tubis, quarum sonus in omnem terram
erat exiturus, armavit etiam & lagenis figulinis
ac fragilibus corporibus & miraculorum fulgorē.
Et his armis flexus est dēmonum exercitus, spo-
liatusq; fortis ille armatus. Quod etiam explicuit
Paulus, in quibus, stulta elegisse, vt confunderet sa-
pientes, infirma, vt confunderet fortia, ignobilia,
& ea quae non sunt, vt ea quae sunt destrueret.
Cumq; conterebantur lagenae, tunc maxime lam-
pades micabant, cum, inquam, Apostolorum corp-
ora varijs pro Christo vexabantur laboribus, ac
veluti terebantur, tunc magis diuina in illis clares-
cebat ac rutilabat virtus. Cum discēctis prope cor-
poribus, integris animis, gloriosissimum ducerent
humiliari pro Christo, suauissimum pati pro illo, vt
tale occumbere pro eo mortem. Et extremis iam
supplicijs corporum lagenis omnino contritis ma-
gna fulgidissimaq; miracula sunt edita, quibus vi-
ctus etiam est mundus, illius superata vis & confu-
sa sapientia, obtentaq; hostium concupita victo-
ria. Quod plane certissimum esse agnosceret, qui in
apostolorum vitas coniecerit oculos; videritq; quā

Heb. II.

ta & quam grauius iucūdis animis intrepidis q̄; pe
 storibus pro euangelijs promulgatione, splendor
 req̄; christiani nominis fuerint perpeſſi, vt q̄; vis
 etis victoria ceſſerit. Ex quibus aliqua enumerans
 Paulus huius militiæ antesignanus dixit, sancti lus
 dibria & verbera experti, insuper & vincula, &
 carceres, lapidati sunt, secti sunt, in occisione gla
 dij mortui sunt, circumierunt in mellotis in pellis
 bus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, &c. Et a
 libi: in omnibus tribulationē patimur, sed nō angu
 stiamur, humiliamur, sed nō confundimur, aoria
 mur, sed nō destituimur: & hac (vt diximus) luge
 narum confractioe splendidius apostolicae lamp
 des rutilarunt, victiq̄; sunt, & euangelijs nomen
 illustrius reddiderunt, quam fuisset, si mansissent
 incolumes. Stupebant siquidem hominum ingenia,
 ac veluti attonita erant, cum proſcriptiones, verbe
 ra, equales, idē; genus supplicia grauiora, quæ
 vix illi & si strissem oculis valebant spectare, vis
 derent apostolos ac martyres cū tubulo amplecten
 tes, fieriq̄; illis momenta longissima tempora, cum
 aliqua de causa supplicij diserebatur, præſtareq̄;
 id, nūc viros canos effectos viribus, nunc adolescē
 tes, quibus solet vita esse charissima, nunc teneras
 floridasq̄; virgines, quæ ad insolitum clamorem,
 ad inspectatum aspectum, ad euaginatam quouis
 de causa gladii, pauere, tremereq̄; solent, & ani
 mo lina

2. Cor. 4.

mo linq̄; Nec posse eos à fide nec supplicijs, nec
 muneribus dimoueri, sed ferro aut potius adamās
 ti similes persistere immobiles, asserereq̄; non timi
 dis, scæmineis, aut submissis vocibus, sed vocibus va
 lidis, excelsis & virilibus esse illis exilia gratio
 ra tellure propria, carceres, ergastula, catenas ac
 compedes suauiores libertate, conuitia laudibus,
 contemptus honoribus, inopiam diuitijs, odium,
 amore, persecutionem applausu, ac deniq̄;
 ipsam mortis horrendam alioqui faciem incun
 diorem vita, esseq̄; & proprium iubilum, & hos
 norem, & gaudium, & gloriam deniq̄; in Chris
 sti cruce sitam, ducereq̄; felicissimum compas
 ti cum domino seruos, cum magistro discipu
 los, cum duce milites, cum capite membra, certo
 certius scientes illud, quod sibi momentaneum ac
 leue tribulationis eueniebat, immēsa gloria esse cō
 pensandum, & illud, si sustinuerimus, & cōre
 gnabimus, si negauerimus, & ipse negabit nos, illud
 etiam: qui amat animam suā perdet eam. &c. Sem
 per illud & corde volentes, & animo meditātes,
 qui mihi ministrat, me sequatur. &c. Illud etiam,
 regnum cælorum vim patitur, ac rursus præ ocu
 lis præq̄; auribus pollicitationem illam amoris ples
 nam, qua suis animos addere videtur Iesus, vincen
 ti dabo edere de ligno vite. &c. Ac ita in his cera
 taminiibus lagenis fractis & confractis quanta est

2. Cor. 4.

Math. 10. d.
 Et. 2. Thim.
 2. c.
 Ican. 12. d.

Ioa. 12. d.
 Matth. 11.
 Apoc. 2. e. 2

set euangelij virtus, quantus is, pro quo tot pati
habebatur gratissimum, magis splendebat.

APOSTOLI ET ILLORVM
doctrina purissima in fontibus iuxta quos ses
siquierunt Israelitæ.

Apostolorū
doctrina pu
rissima.



XO. XV. Israelitæ longi
tineris laboribus festi ad locū
peruenerunt amoenissimū, vbi
duodecim fontes aqua scatur
iebant dulcissima & limpidis
sima. Erant etiam & septuas
ginta palmæ magnitudine mirabiles, aspectu iucū
da, fructibus vberriam, quæ mire locum illum des
corabant. Duodecim tamen fontes duodecim nos
bis apostolos præsignarunt, qui aqua fluxerunt
euangelica, aqua (inquam) animos mundans
te, eorumq; sordes abstergente, secularium rerum
sitim sedanti, quæ qui, vt debent ac possunt, rigan
tur, fructiferi è sterilibus fiunt. Non ne aqua est lu
ce ipsa clarior & limpidior euangelica doctrina,
quæ è apostolicis pectoribus in tot orbis partes
permanuit, quam omnes bibunt, qui Egyptum
vnā cum impio suo Pharaone fugerunt, vt eros
rum tenebras, earumq; principem Sathanam? ad
has fatigati quiescunt, qui illas diu noctuq; medis
tantur

tantur, suntq; illis dulces super mel & fauam. Hæ
mysterijs ebulliunt utilissimis simul ac profundis
simis, hæ purificant, foecundant, refrigerant, &
plura dictis æque mirabilia in hominibus operans
tur. Eos, qui iuxta hos fontes versantur, eorumq;
foelicitatem simili appositimo explicans Dauid, P^{sal.} I.
crit, dixit, tanquam lignum, quod plantatum est se
cus decursus aquarum, quod fructum suum dabit
in tempore suo. Non ne tibi fontes fonti paradisi
si similes videntur, Petrus, Ioānes, Mathæus, Mar
cus, & reliquis apostolorū sacer cōuentus, quorū
os vena fuit vitæ, quorū doctrina aqua, quam qui
ex corde biberit, non sitiet in æternū? Nō ne fessus
respirat ac quiescit Israelita, cū horum scripta san
ctissima audiens, meditans ac legēs moribus ea &
vita exprimit? Perissent enim pleriq; in humilita
te, nisi qui a lex domini meditatio illis est, defecis
sent in laboribus, ni consolationes eius illorum ani
mos letificassent, errassent in via, ni illius splen
dore illustrarentur, ac deniq; siti arefcerent, ni
salubri hac potarentur aqua. Septuaginta palmæ
septuaginta etiam præmōstrarunt discipulos, qui
iuxta hos mirabiles fontes fuere exorti, quibus mi
rè palmæ nomen congruit, quemadmodum & vir
tus. Cum enim humano iudicio vincebantur, victos
ria illis cedebat, nullis vnquam laboribus succums
bentes, sed omnes patiento superantes, ita vt &
palme

P^{sal.} I.

Ioan. 4.

P^{sal.} II8.

Apo. 7.

palmæ essent, & palmæ manibus illorum darentur ut victoribus. Erant hi magnitudine mirabiles, cum tot magna diuina virtute ab illis fiebant, ad quæ totus stupebat mundus eiusq; sapientia, cum pellebant demones, & varijs languoribus vexatos vel ipso verbo liberabant. Erant aspectu iucundi, quæ enim iucunditas maior, quam illorum vitæ candor, quam pulchritudo, quæ illis ex doctrina & vita continebatur? cum quod loquebatur lingua, operabantur manus, quod operabantur manus, loquebatur lingua, nulla in illis dissimilitudine aut deformitate inuenta. Erant etiam & fructibus vberes, quod colligetur plane ex cõmodis, quæ in nos omnes ex illorum sermonibus, miraculis & vita promanarunt, quæ cum non possint animo concipi, non potuerunt lingua exprimi. O vitinam homines ad hos fontes, ad illorum aquas saluberrimas sitibundi accederemus, cænosis impiorum hominum lacunis reiectis, accederemus ad has palmas, relictis hereticorum quercubus, quarum glandibus porci pascuntur, ut disceremus experimento vmbre huius veritatem,

quæ tunc maximè discitur, cum maxime gustatur.

APOSTO

APOSTOLORVM FIRMITAS, virtutis & numerus in duodecim lapidibus in Iordanem iactis.



COSS. XIII. Duodecim viri ac totidem numero lapides Apostolos presignarunt, qui & opifices fuerunt Eccliesiæ ac fundamenta. Vtrunq; Paulus ut sapiens architectus fundamentum posuit. Et alibi. Superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum in summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio cõstructa crescit in templum sanctum. Hi Iordanis aquarum impetus cohibuerunt, ut transire posset populus, quod mirè prestiterunt Apostoli vitiorum inundationem & impetum ut lapides firmissimi cohibentes, ut populus transiret in regnum, vbi nihil coinquinatum intrat. Hi siquidem mirabili sua doctrina, quæ firmitudine omnem superat lapidem, fecerunt, ut innumeris hominum millibus pateret ad cælum aditus, illucq; transire possent alioqui non transituri, quin aut mergerentur peccatorum aquis, aut earum impetu in præceps raperentur, nihil cœleste aut diuinum meditantes, sed Aegyptijs quoddam modo similes descendentes sicut plumbum in aquis vehemētibus, plumbum peccas

Apostolorum numerus & constantia.

Eshe. 2.
1. Cor. 3.
Hug. in Gē.
cap. 16.

Exod. 15.

peccatorum onere preſſi factiq; grauiſſimi, horum autem doctrina & leuati ſunt onere, & patefacta ad cœlum via, quæ in Euangelicæ legis fide & obſeruatione conſiſtit.

APOSTOLI PERSECVTIONES paſſi ob annuntiatam veritatem.



PRIMO REG. XVII. Cum Dauid adoleſcens pulcherrimus exagitatus furijs Saulis pectus ſuauitate lyræ, quæ mira erat, miteretur ſedare, ſcelertus Saul tanto beneficio ingratuſ, lanceas in eũ iaciebat. Ne mirũ nouum uideatur Euangelij promulgatoribus (cũ Chriſti lyra ſuauiſſima, doctrina uidelicet cœleſti, dæmones pelere nũterentur, inferniq; furijs exagitata pectora non ſedere, mitigare uel tantum, ſed à ſupplicio ita diro liberare) ſi lanceas in eos iacerent, & hiſ grauiora tormenta excogitarent, quibus eos morte afficerent. Non enim debebant diſcipuli ſuper magiſtrum ſuum eſſe. Vnde, ut eos ipſe animaret & ad pericula aggredienda, glorioſamq; mortem ſubeundam redderet intrepidus, inquit. Si mundus uos odit, ſcitate, quia me priorẽ uobis odio habuit, ſi me perſequuti ſunt, & uos perſequẽtur. Ac rurſum,

Apoſtolorũ perſecutio nes.

Matth. 10.

ſum: ne ob metum lancearum & tormentorum, lyram ita ſonoram ac ſalutiferam pulſare deſiſterent, inquit. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Et rurſum: Qui amat animam ſuam, perdet eam, qui autẽ perdit animam ſuam, in uitam æternam cuſtodit eam. Ut eos hortaretur temporaneæ uitæ iactura parare æternam. Fecerunt id, in eos uniuerſo fere mundo inſaniẽte, Dauides illi inclinati, Petrus, Paulus, Matthæus, Ioãnes, & reliqui primores Eccleſiæ, illorumq; veſtigijs inſtitere pluriſmi, quorum doctrina, tot ſunt à Sathana vexationibus liberati. Fecerunt id animo infracto, pectore intrepido, & honorificum ac glorioſum ducebãt, cum pericula, tormenta, & ſupplicia ferenda illis obijciebantur, dummodo Euangelicæ lyræ ſonus & ſuauiſſimus & ſaluberrimus in omnem terram, ſicut fuerat uaticinatum, exiret. Is eorum erat ſcopus & finis, pro cuius aſſecutione nihil difficile exiſtimabant. Vnde mundi ſcinitia Sathana induſtria prouocata & impulſa, tot in illos lanceas uibravit, non in caſum, quod fecit Saul, ſed corpora illorum Euangelici ſacramenti uafa puriſſima innumeris ſupplicijs excrucians. Horum autẽ ignes pectorumq; flamme tanto ardebant efficitius, quanto magis illas extinguere diri laborabant tyranni, creſcebatq; magis ſinãpis Euangelici grauiſſimum, ſuamq; uirtutem exercebat, ita ut innumera

Matth. 10.

Mar. 8.

Pſal. 18.

ducs

Luc. 13.

aves caelo dignae, & quae illuc volatu suo petebant in illius ramis nidificarent, nullibi pacem, nullibi quietem, nullibi securitatem inuenientes, nisi in Euangelij fide, vitamq; illius mundissima. Ea nidus illis erat, in quo quiescerent, & somnum caperent, & ab aereis importunisque volucris, quae hisce auibus caelestibus insidiatur, defenderentur. Et ita anigmate quoddam mirabili, horum supplicio temporali plurimi liberabatur ab aeterno, horum morte ab impijs inflata tyrannis, & ab illis cum iubilo pro Christi Euangelijque sui gloria excepta, vitam animis recuperabant, erantque modo suo mortiferae cuspides iacentibus, vitales illis, in quos iaciebantur, ac ita etsi visi sint oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Nec unquam potuerunt neque poterunt artes excogitare ab aduersis spiritibus illorumque ministris efficere, ut lyra istae non sonarent, sed quo cytharæodos acrius persequerentur, acrius eas icebant & pulsabant.

Sapient. 3.

PLURIMA QVAE APOSTOLOS
praesignarunt.

Apostoli in multis praesentibus.

ALIIIS etiam rebus apostolos eorumque numerum placet praesagiri, quas ut tædio liberarem lectorem, illiusque ingenio digerendas relinqueremus: compendio complexi sumus.

mus. Praesignati enim fuere fontibus duodecim, quos Israël reperit in Helim, quia ex his veluti è fontibus limpidissimis potum salutaris doctrinae haustus erat Christianus populus, scaturientes ipsi aqua hac salutari, ad quam sitientes inuitat propheta. Sitientes venite ad aquas, &c. Duodecim etiam propositionis panibus, quia panem hi hominibus angelis dignum erat ministraturi, non corporis Christi sanctissimi tantum, sed Euangelij, qui alit, nutrit, & recreat animos. Duodecim ite pretiosis lapidibus, nam nihil equè summum Ecclesiae sacerdotium ornauit, ut pretiosissimi isti ad mirandaeque virtutis lapides. Duodecim etiam boues eos praemonstrarunt, nam hi Christi iugo suauissimo aptissimi fuere, tulereque illud nimia animi & praestantia & fortitudine, parati vitæ prius iacturam facere, quam illud è ceruicibus deponere. Duodecim etiam stellæ, nam & vitæ & doctrinae splendore vniuersum illustrarunt, erant autem in sponse corona, nam si quos Christo fuerat lucratus Paulus coronam appellat. Quanto æquius corona, aut illius ornatus dicentur Apostoli, qui Ecclesiae sunt ornamenta? Duodecim ite habiti sunt fundamenta, nam & Ecclesiae bases marmoreae, & argenteae columnæ ipsi fuere, quibus ut viuus lapidibus innititur illa. Dicitur & portæ, nam illorum instructi doctrina & fide Ecclesiae templum ingrediuntur & p.

*Figura præsi-
gna fuis decem
Portuachwe
huben si
Exo. 15. mensuris
vi & a*

Esa. 55.
Leuit. 24

Apo. 27.

3. Reg. 7. &
2. Paral. 4.

Apo. 12.

Phi. 4.

Cant. 5.
Can. 5.

EPIS. ET PAST. ECCLE. FIG.
 EPISCOPORVM, ET PASTORVM
 Ecclesie figura.



SECUNDO ESD. XIII.
 Viderat Esdras calcantes torsularia in sabbato, portantes acer uos, & onerantes super asinos vinum, & uvas, & ficus, & omne onus. &c. Et obiurgauit, inquit, optimates Iuda, & dixi eis. Quae haec est res mala, quam vos facitis, & profanatis diem sabbati? Ab omni enim opere cessandum in sabbato erat, unde cum diem sabbati ab illis operibus illicitis videret profanari, in optimates inuehitur Esdras, non in plebem, & vulgus, quia hoc illorum exemplo peccare nouit. Neq; repressio gladius in communem miserantq; gentem vibrandus semper est, cum optimates peccant, sed imprimis capiti medendum, audendumq; in eos, qui maiores sunt, & qui prauo suo exemplo ceteros corrumunt, & ad peccandu alliciunt. In typum, quod dum viuunt, in misera hac & labili vita semper sabbatum spiritale celebrandu est, semper ab opere serui cessandum, ut sunt praua omnia opera, neq; eni in quidquam abiecius & vilis illis est. Unde, quisquis peccat, & sabbatum profanatur ac violat, & vilissimi serui opus facit, deiecitissimiq;

Hug. in 2. Et
 dicit. cap. 15

Reprehensio
 in q. res pos
 sibilium se
 ri debeat.

EPIS. ET PAST. ECCLE. FIG. Fo. 96

sumiq; domini seruum se constituit, quod explicat diuus Iohannes, cum inquit. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et Paulus: An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendu, serui estis illius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientis ad iustitiam? Profanant ergo sabbatum, qui inhonesti sunt, qui detractores, qui gulosi, qui superbi, qui deniq; vetita in lege domini committunt, & a quibus per omne vite sabbatum cessandum est. Qui huiusmodi sunt, arguendi & increpandi cum imperio sunt, auertendumq; illis, quae est haec res mala, quam facitis, & profanatis diem sabbati? Neq; in hac re parcendum est nobilibus, aut diuitibus, principibus aut regibus, sed (quod Esdras fecit) audendum in optimates. Peccat enim maioru exemplo vulgus, utq; membra caput, sic plebs sequitur principes. Hoc ergo animo prelati esse debent, & hi, quibus regendi, aut pascendi doctrina populi creditum est munus. Sed audi, queso, pliq; expendite mente, quid fecerit vir piissimus Esdras, quid cum illo populi maiores. Quod vitam fecissent nunc Ecclesie populique principes, introducebant populi terrae venalia in Hierusalem, & hoc pacto sabbatum profanabant, occasioneq; erant Iudaeorum genti, ut profanaret illud. Clauserunt ciuitatis ianuam, & Leuitae custodiebant portas, ne cuiquam ingressus pateret, & sic factum est, ut in die sabba

Ioan. 8.
 Rom. 6.
 Peccati seruus
 uir? misera.

Expede ista

Prælatorum
gura.

ti nullum omnino seruire opus fieret, sed modo
quo iubeat lex, seruetur in typum, quod Eccles
sæ prælati, Christianiq; populi reges cum plebem
aliquo vitio corruptam vident, in quo Christi sabb
batum sanctissimum turpiter violatur, portas clau
dere iubeant, quibus mala in populum viderint dis
manare, idq; tanta sollicitudine fiat, vt illorum cus
todix eos præficiant, quos optimæ fidei viros esse
nouerint, vt cõmissa illis multitudo ab omni prauo
opere cesset. Quod maxime præstiterit h. isce nos
siris temporibus, non solum in hæreticorum erro
ribus extirpãdis, obuiandisq; illis, sed in vitijs, quib
us scatebat mundus, fœlicissimæ recordationis
Pontifices maximi, Paulus, Iulius, & Pius vita &
nomine, & Carolus. V. Imperator semper Augus
tus vir immortalis memoria dignus Christianæ re
ligionis antesignanus in omnibus Esdras alter, dis
gnior imperatorio nomine, quod imperium cons
tempserit, quã quodd imperium habuerit. Quãuis
illud mira prudentia, & in rebus agendis dexteri
tate fuerit moderatus, gloriã Christi semper
querendo non suam, ecclesie augmentum & quies
tem, non propriam, illam mille periculis & labo
ribus die noctuq; curando. Illius vestigijs insistit
animi paterni heres quemadmodum & regni Phi
lippus inuictissimus, quẽ diu nobis Ecclesiãq; suã
incolumem seruet Christus vniversi dominus ac

Philippi rez
gis religio.

rcx,

rex. Hoc etiam typo monemur homines, vt in nos
bis sabbatum semper celebremus, seruire quid nun
quam cõmittentes & indignum sabbato, sed agen
tes festum dum viuimus perpetuum, quemadmo
dum Deus præscribit cum ita iubet. Non occides.
Non moechaberis. Non furtum facies. &c. Idq;
per omne tempus, quod si quando (hæc est enim
mortalium infirmitas) nobis illud profanare con
tigerit, eo quod exteri populi iniquitatum, quis
bus demon, mundus, & caro præiungunt, venalia in
animum immiserint illorum consensu vt pretio
menda, claudamus nimia sollicitudine portas, siue
occasiones illæ sint, siue sensus hi externi, auers
tendo à vanitate oculos, prohibendo linguam à
malo, aures spiniis sepiendo, manus auertendo ab
omni operatione iniusta. &c. Vt his clausis &
obsignatis nihil seruire animum ingrediatur, quis
bus vigil semper præsit ratio, ne eas vnquam ape
rire permittat illicitis rebus, & quibus violatur
sabbatũ. Tunc enim & domini præceptum
seruabitur, & vacabis ei, ac videbis
quam suauis sit, & quam sit
regium ac festiuum
seruire illi.

Exod. 20.

Pfalm. 118.
Pfalm. 33.
Eccle. 28.

Pf. 33. Sc. 45

(?)

M 3

EPIS

EPISCOPORVM PIETAS IN
principibus patrum.Episcoporum
pietas.

PRIMO ESDR. III. Res
fertur, quod postquam funda-
tum fuerat templum & instau-
ratum in eo, quod fuerat euers-
sum, omnis populus vociferas-
batur clamore magno in lau-
dando dominum. Plurimi etiam de sacerdotibus
& leuitis, & principes patrum & seniores, qui
viderant templum, priusquam fundatum esset, &
hoc templum in oculis eorum, stebant voce ma-
gna. In quo mirabilis pietas patrum & populi
manifestatur, qui letabantur maxime diuinisq;
numini hymnos canebant, eo quod templum vis-
derent erectum, inq; fletus & lamenta erump-
bant memores desolationis illius, letitia fletus mix-
scendo, & letitiam fletibus. In quo etiam typice
significabatur gaudium, quo solent & deberent
suffundi Ecclesie pastores & doctores, cum eos,
qui errauerant conuersos vident, & eos, qui pec-
cauerant penitentes, & spiritale templum reedi-
ficari in eis. Commune siquidem scriptura est hos
mines templa appellare. Templum Dei sanctum,
quod estis vos, inquit Paulus. Et iterum: Vos estis
templum Dei viuus, sicut dicit Deus, quoniam in his
bitabo

1. Cor. 13.
2. Cor. 6.

bitabo in illis, & ambulabo inter eos. Sed soleat
hoc gaudium letis quibusdam lachrymis temper-
rare, cum ruina, lapsusq; eorum recordantur,
& iniuriarum quibus diuinam maiestatem tam
impudenter leserant. Vnde & gratias agunt eter-
no numini pro eorum conuersione, & letantur
quod per dita drachma inuenta fuerit, reperta
amissa ouis, prodigus filius in paternam domum
reuersus, et dolere, quod amissa prius fuerit, quodq;
paternam domum prodigus filius tam ignorans
ter reliquerit, remq; pretiosissimam prodegerit,
& inuis ignominiosissq; ministerijs se addice-
rit. Id faciant ij, quibus cordi est diuina gloria, &
animarum salus, qui in visceribus suos habent scri-
ptos, ut habebat Paulus. Qui modo quo in caelis
gaudent super peccatore penitentiam agentem,
gaudent ipsi in terris. Qui modo illos gaudium &
coram dicunt, cum bene viuentes vident, modo
cum male, tristitia mihi magna est, & cotinuis do-
lor cordi meo. Quae omnia mirè in se senties Pau-
lus sanctissimus lingua promebat. Sed nunc mirum,
quam sint corda nostra lapidea, quam carcant cœ-
lesti hoc sensu, quam parum doleamus fidelium rui-
nas, quam parum eorum emendatione letemur,
cum nihil in orbe sit ploratu maiori dignum pec-
catore sese vitijs inquinanti, nihil maiori letitia pec-
catore cor contritum & humiliatum habente, cuius

Prælatorum
quod libere
esse gaudii
que tristitiaMarch. 12.
Luc. 15.

2. Cor. 5.

Luc. 5.

Rom. 9.

oculi lachrymarum exitus ducunt, quia non custodierunt legem Dei, cuius stratum rigatur lachrymis, potus fletu miscetur, eo quod pro rebus momentaneis & ludicris in Deum deliquerit & aterna bona amiserit.

EPISCOPORVM DOLOR, ET
anxietas pro peccatoribus in Esdra.



PRIMO ESD. IX. Cuius piebat tantopere Esdras vir sanctissimus, diuina praecepta à suis seruari, vt doluerit affligeritq; se dolore & cruciatu maximo, eo quod videret suos illa fuisse transgressos. Praeceptum enim à Deo fuerat, ne se profanis populis ac gentibus commiscerent, dicente. Terram ad quam vos ingrediemini, vt possideatis eam, terra immunda est. &c. Filias vestras ne detis filiis eorum & filias eorum ne accipiatis filiis vestris, & non queratis pacem eorum & prosperitatem. Fuit tamen israelitici populi tanta in vitia procliuuitas, vt contra domini praecipitum matrimonio se iunxerit filiabus Moabitaram & Ammonitarum, & reliquae gentis immundae, sanctum (vt inquit scriptura) semen profano commiscendo. Id resciscens vir piissimus Esdras planxit

Episcoporum sollicitudo,

Deut. 7.

planxit planctu maximo, scindens palliū suū & tunicam, euellens capillos capitis & barbā & sedit mœrens. Tātus fuit tamq; ingēs doler, qui obprestatam à suis diuinā legē illius animū angebat & cruciabat, in exēplum typū; eorū, qui Ecclesiae praesunt, qui summe dolere cruciariq; debent, cum commissum sibi populū diuinās praeceptiones vidēt committentē, cum vident eū veititū à Deo immunditijs sese consensu aut facto copulantē, cum illū iungentem sibi superbiā, ingluuiē illum, aliū cupiditatem, libidinē aliū. Quae immunditiae ingratiōes molestioresq; Deo sunt, quā vnquā Aegyptiorū aut Amorrhæorū mulieres, cū harū dirā pacem & perniciosam prosperitatē vidēt amantē, hae enim concubia quae tantopere execratur Deus, vt affirmet, eos, qui talia agūt, regnū suū non possessuros, episcoporum aliorūq; praelatorū animos torquere debēt, & maxime calamitōso hoc tēpore, in quo vix inuenias virū tam infœlici matrimonio liberū, quo sensu ita pio & Deo accepto an pleriq; eorū careāt, ipsi viderint, qui rationē reddituri sunt. Ego his lachrymis madidos contēptor Esaiā, Hieremiā, Davidē, reliquosq; prophetas, qui populi curam habebant, illiq; ad annuntiādos diuinos sermones praerant. Palliū & tunicā scidit Esdras, capitis & barbā euellit capillos, dolore consumitur, mœrens sedet. Ipsi, quid horū praesent, expendant, cum sal insulsum

Praelatorum dolor qualis.

I. Cor. 15.

Esa. 22.
Hier. 9.
Psal. 118.

Treno. 4.

Ela. I.

sum, aurē obscuratū, vinū vident, aqua mixtū, & vniuersum ferme populū ab his, ad quæ tenetur, deficientē: cū vidēt (inquā) sacerdotes nihil minus quā sacra tractantes, cum degenerare vidēt nobis les vitijs sordidissimis se inquinātes, cū inermes vis dēt indices, & Euāgelicā doctrinā a malis nō sincere prædicatā. deniq; cum vix hominem cælibem vident, qui ex Aegyptijs his & Amorrhæis mulieribus aliquā sibi non inuixerit, quod ploratu quā dictū dignius est.

EPISCOPORVM CVRA ET SOLICITUDO Ecclesie in Nœmia.

Episcoporu
vigilia.

SECVNDO ESDR. II. Veni (inquit) Nœmia in Hierusalem, & surrexi nocte ego & viri pauci mecum. &c. Et considerabam murum Hierusalem dissipatum & portas consumptas igni. &c. Ceteris dormientibus vir sanctissimus Nœmia vigilat, nec sine magno animi cruciatu destructa Hierosolymæ vrbs loca considerat, sollicitēq; scrutatur modum, quo instaurari possint. in exemplum ac typum eorum, quorum sollicitudini Ecclesia, quæ Hierusalem præsignabat, commissa est. Qui, dormiente populo, siue id de corporali siue spiritali somno intelligas, vigilare debent, cum ipse quiescit, laborare ipsi, ut labor

re suo,

re suo securre quiescat, suisq; vigilijs securre dormiat. Hoc enim mihi videtur admonere Lucas actor apostolicorū Historiographus, cū ita episcopos excitat, ac sui muneris memores reddit, inquit. At tendite vniuerso gregi, in quo posuit vos Deus episcopos regere ecclesiam Dei, quam adquisiuit sanguine suo. Nec enim attendite dixisset, si eos quiescere ac delitari vellet, nec præcis ineffabilis fecisset mentionem, quo christianus grex paratus fuit, si eos vellet ignauos & sine sollicitudine. Id ipsam admonuit Petrus pastorum maximus, cum nō episcopos tantum, sed gregem ipsum sobrium ac vigilem esse iubet, inquit. Fratres sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, &c. His autem vigilijs non sine magno cordis dolore consideranda sunt ecclesie destructa loca, ut iacent in plerisq; non hominibus tantum, sed (pro dolor) regnis, imperijs latissimisq; prouinijs ecclesie mentia; id est pura synceritas; rerū diuinarum fides, varijsq; erroribus ducuntur homines, qui iam in bellum degenerarunt, cum appetitu potius quam ratione agantur, & ferantur, quo vulgi eos rapit impetus, non quo certum, verum solidumq; Romane ecclesie iudicium, quod sequentes non impingunt in tenebris, quia verum sequuntur lumen, non errant, quia sequuntur veritatis ductum. Consideranda etiam sunt nec sine

cordis

Episcoporu
vigilia quas
les

Ad. 20.

I. Pet. 5.

Psal. 23.

Psal. 12.
Phil. 2.

Psal. 50.

cordis gemitu, portæ consumptæ igni, portæ siquidem sunt opera, quibus cœli itur, innocētes enim manibus & mundo corde, ingredientes sine macula & operātes iustitiam ingrediūtur illuc. Has aut consumptas igni considerant viri Neemie similes cum aut auaritiæ aut concupiscentiæ igni vident assuupta pietatis officia, videntq; plerosq; homines declinasse, simulq; inutiles factos fuisse, cum tot vident inimicos crucis Christi, quorū Deus venter est, carni habenas laxantes, illi indulgentes, cū deniq; desidijis intestinisq; bellis vident omnia plena, vitijisq; alijs, quæ ignis sunt, quibus fornax ardet Babylonica, quiq; Hierosolimæ portas absument. Et profundā hac meditatione ecclesiæ tantos pere necessaria modos viasq; inquirunt, quibus instaurantur loca ista sancta, vt benigne faciat Deus in bona voluntate sua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. Quæ omnia copiosissime prestiterūt hisce superioribus annis patres illi sanctissimi simul ac literatissimi in concilio œcumenico Tridenti congregato, in quo cœlesti plane spiritu, & peccatore communis vtilitatis sitientissimo, ea tractauerunt ac definiuerunt, quæ maxime ad instauranda ecclesiæ loca Sathane machinis ac dolis euersa cōueniebant. Nec illa tantum, quæ pro fidei instauratiōe, sed quæ promoribus si le dignis, cum definitis illis, quæ ad fidem spectabant, ea etiam suscipi-

mē

mē & sanctissime docuerint ac præceperint. Quæ si obseruentur, primam illam & pulcherrimam ecclesiæ faciem videas. Sūt enim illa prima opera, ad quæ episcopum Ephesinum angeli lingua redire iubebat Deus. Hi Neemie nocte surrexerunt, cum in tanta errorum vitiorumq; caligine, qua dormiebat populus vix numerabilis, precibus lacrymisq; ad Deū suscipis, eumq; precanti vniuerso christiano populo, vt spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, dignaretur mittere, e locis semotissimis magnis laboribus, & difficultatibus exāclatis maioribus quā vnquā maiores sui subiere obtemporis calamitatē, & pericula, in quibus passim versabantur, in locum omnibus signatum venerūt, & ibi diuino suggerente spiritu nihil intentatum reliquere, quod ad ecclesiæ instauratiōem, reformationemq; morum censerent spectare, postquam omnia assidua & vehementi consideratione lustrauerant. Sed erāt cum ijs pauci, quemadmodum & cum Neemia, arcta enim est via, quæ ducit ad vitam & pauci, qui ingrediūtur per eā. Esiq; crux Christi hodie, vt fuit olim percuntibus stultitia. Id præstiterunt patres illi perpetua veneratione digni, vti nā id ipsi nō present, qui sequētur, gloria Christi, nō propria, cōmune vtilitatē, non suam in omnibus querentes, in quibus meminum portarumq; ecclesiæ instauratiō sita est.

Apoc. 2.

Patres tridē
tini concilij

Ican. 14.

Matth. 7.

I. Cor. I.

DOCTORES ET CONCIONA
tores in fabris ferrarijs Israel.Bach. in. 4.
reg.

PRIMO Regum. XIII. Fa
ber ferrarius non inueniebatur
in omni terra Israel, cauerant
enim Philistini, ne forte facer
ent Habrei gladiū aut lanceā.
Peruersa quadā industria Phis
lisium omne adhibebant studium & omnē oppone
bant sollicitudinem, ne Israelitæ fabros ferrarios
haberēt secū, vt maiori eos facilitate subijcere &
capere possent, & captos tenere, cū essent inermes
& ad resistēdū in validi. In quo Sathanæ maligno
rū spiritūū principis pntiosa industria præsigna
ta est. Nihil enim ille maiore curat sollicitudine,
quā vt in christiano & vere Israelitico populo, do
ctores & magistri nō sint, qui in eū valeant arma
cudere. Nouit scilicet hostis facile vinci ac superari
posse christianos exercitus, si inuiolabilia hæc ar
ma illi defuerint, quorum acie ac vim horret ipse
maxime. Laborat ergo, ne sapientes sint, qui gladiū
cudant spiritus, quod est verbum Dei, quo iugulat
tur ipse, eiusq; deteguntur infidie, illudantur ar
tes & comprimuntur vires. Laborat, ne sit, qui læ
ceam aut aliud quoduis armorum genus faciat, in
cutiūt enim illi timorem ista maximam, vnde hoc

Arma inuio
labilia, diuis
na scriptura
r. r.

Eph. 6.

instinctu legimus paganos sæpe christianis viris
interdixisse bonarum artium studia, ne illis inges
ta exacerent & ad veritatem fidei asserendam
ac propagandā essent idonei, valerentq; illorū ar
gumēta refellere, & in eorum sectas insurgere. Id
quoq; sæpius fecere demonis impulsu hæretici, vt
illiteratam, & indoctam plebem facilius seduces
rent, & inermē in suos victam errores pertrabe
rent. Idq; in præsentiarum nititur eorū fautor Sa
than, cum eos, qui ecclesie præstant, & quibus salu
tari doctrina populū erudire incumbit, a sanctis
retrahit studijs, & in omnibus distrabit rei aut hono
ris laboribus. Nos autem, quibus tantopere conuen
nit tam nefarij hostis obtinere victoriam: id sedus
lo curabimus, vt plures in populo nostro sapiens
tes sint, vtq; armamentaria habeamus omni lites
rarū genere referta, vt cum insurgere cōtigerit
hostis quocunq; armorum genere septus, congre
di cum illo possimus, & habentes scutum fidei,
galeam salutis, ac gladium spiritus, illum pros
strare. Quod fecit Iesus vniuersæ salutis autor, &
christiane phalangis dux inuictissimus in cons
gressu, quem habuit in deserto, vbi his armis ses
sum superauit inimicum, vt illius exemplo & il
lius milites eū superaremus. Oculi nūc cōcederetur
locus, dareturq; tēpus gloriosas doctissimorū homi
nū victorias referendi, quas splendidas his nobiliss
simisq;

Eph. 6.

simisq; armis obtinuerunt, quoties carnem subiee
re spiritui, quoties mundi cōtempere præstigijs,
quoties Sathanae dolis illuserunt, quoties hostes
vicere alios sanctis his ac prope diuinis armis,
ea in corde abscondentes vt non peccarent, ab illis
intelligentes vt odirent omnem viam iniquitatis.

Pfal. 118.

DOCTORES ET ILLORVM
spirituales diuitie in ijs, que pro instauratio
ne templi offerebantur.

Doctōrū dis
tinctio.

VARTO Regum. XII.
Dixit locus sacerdotibus, cōnē
pccatiam, que illata fuerit in
templum domini à prætereun
tibus, que offertur pro pretio
animæ, & quam sponte & a
bitrio cordis sui inferunt in templum domini, acci
pian illam sacerdotes, iuxta ordinem suum & ins
taurēt sanctā tecta domus, si quid necessarium vis
derint instauratiōe. Quo iussu typice christia
nis sacerdotibus & illis potissimum, qui maiores in
ecclesia dignitates obtinent, iubetur, vt quidquid
pretiosum à prætereuntibus iustis, qui vel in præ
sentiarum viuunt, vel vita iam sunt defuncti scien
tia, ut probe piæq; vitæ, fuerit oblatum Deo, ad
instauratiōē ecclesiæ conferatur. Obtulerāt enim
inter

inter Latinos, Augustinus, Hieronymus, Ambros
sius, Gregorius, Bernardus, Cyprianus & id ge
nus doctores plurimi vitæ candore, doctrinæ subli
mitate clarissimi aurum sapientiæ, eloquentiæ ars
gentum, morum gemmas, pretiosissimos deniq; &
ditissimos Thesuros. Obtulerant non minori
animi in ecclesiam propensione græci viri omni
veneratione superiores. Chrysostomus, cuius os ve
na extitit vitæ, Basilus, Nazianzenus, Clemens,
Alexandrinus, Cyrillus. Ex his igitur iubentur, qui
ecclesiæ præstant, & qui verbum Dei annuntiant,
maturo, graui, ac pio iudicio seligere, que pro ec
clesiæ instauratiōe expedire agnouerint, siue il
lu i sit pro morum reformatiōe, siue pro veritas
tis assertiōe, quo iussu nullum sanctius, nullum
æquius. A quibus enim vera ac genuina legis inter
pretatio dignius ac iustius accipienda est, quam
à legis doctōribus, qui pro illius vero intellectu tā
topere insudarunt, qui nulli vnquam sumptui ac
labori pepercerunt, vt eam intelligerent. Cum eos
rum in ea esset voluntas, & die ac nocte iugis mes
ditatio, qui tot artium, tot linguarum habere ani
cillus, vt huic vni, que illis charissima ac regina
erat, ancillarentur? A quibus æquius morum refor
matio sumenda est, quam ab illis, qui corpora hæ
bentes humana mores habebant angelicos? qui nō
carni indulgebant, sed illam ieiunijs, sacris, oratio
nibus

Doctores fa
cri, illorū les
tio, vtilissim
ma.

Pfal. 118.

mbus, ac verberibus macerabant, qui non diuitias cupiebant, non ambiebant honores, sed celsis mentibus illa ut grauem sarcinam reiecerant, & que illis esset impedimento, ut Christum vite ducem ac magistrum sequerentur. Ab his ergo merito accipiendi sunt, & accipiuntur, que pro ecclesie instauratione sunt necessaria, idq; presignauit iussio illa diuina. Secedant ergo nefarii homines, qui in belluas degenerarunt, inimici crucis Christi, quorum Deus venter est, & gloria in confusionem. Qui terrena sapiunt, qui cum carnis mancipia sint, & nihil excelsum ac spiritale sapiant, debitis de fraudant honoribus sacros hos viros, coelestes plane ac diuinos homines, qui ecclesie sunt columnae, orbis totius sal candidissimus, & fulgentissima lux. Et qui, qua solent impudentia, auro illorum purissimos suos preferunt carbonibus, vnionibus pretiosissimis suos pectorum lapides, & vita illorum angelicam vitam suam pecuniam. Tatopere priuatus amor & peruersa malitia eos excacauit, quorum deplorandas vices quis non doleat, cum Circaeis peculis illos videat dementatos, illiusq; veneficis muratos in pecudes: Ita placuit appellare caranē, illiusq; male dulces illecebras, cuius appetitu huiusmodi homines hoc nomine indignissimos, non agi tantū, sed rapi, eorum corrupta iudicia, praeposteræ rerū opiniones, moresq; spurcissimi clamāt.

DOCTO

DOCTORES ECCLESIAE ET Pontifices in templi instauratoribus.



VARTO Regū. XII. Scriba legis & pōtifex effundebāt & numerabāt pecuniā, que inueniebatur in domo domini, & dabāt eā iuxta numerū atq; mensuram in manus eorū, qui praeerant cementarijs in domo domini. Quibus typice significabantur apostoli, & summi in ecclesia doctores ac diuini architecti, qui opem praestaturi illis erant, qui in erigenda propagandaq; ecclesia erant laboraturi. Ex illis autem quidam erant, qui ligna dolabant, apta que reddebāt edificio, qui illos praesignabant, qui se ipsos parant ac dolant acuti ac pij cuiusdam ingenij securi ac veluti scalpello inutilia omnia superflua refecantes, ut abiectis illis, que impedimento erant, ne ligna essent tam praestanti structurae idonea, apta fiant. Illos etiam, qui euangelij acie vitiosa ac superflua in alijs refecant, ut augenda rei sitim infatigabilem, honores assequendū seruens desiderium, carnis indomitos appetitus, suam mendae vindictae anxiam ac diram cupiditatem, medicisq; sermonibus, ut sunt sacri omnes, illos reddunt praesentibus contentos, modestos,

Doctores in
instauratores
ecclesiaeHucher. in. 3
reg.

N 2 mites,

Phil. 3 d.

Galat. 2.

Matth. 5.

mites, mansuetos, ac deniq; apprime dolata ligna, & coelesti idonea edificio. Alij saxa testata templi faciebant, qui illos exprimunt, qui, quæ heretici & improbi homines suis erroribus eugere ac destruere conati sunt, omni adhibito studio, omni apposita diligentia, resarcire ac instaurare curant. Quod hoc nostro tempore fecere viri vita & doctrina præstantissimi Tridenti in generali & sacro concilio congregati, qui tot exæclatissimis laboribus, tot superatis periculis, & partibus orbis remotissimis illuc auolarunt, ut ignes Tartareos ab impio Luthero excitatos extinguerent, & grassantiq; illius pesti occurrerent, & quæ inferna sua coniuratione & Sathanica vi in ecclesia destruxerat, instaurarent. Quibus vnica ista cura fuit, pro qua incunctis animis charos reliquere penates, & exteras adire nationes. Et quos vix domi nimia suorum indulgentia vitam posse protrahere, crederes, aut ob debilitatas continuas lubricationibus & studijs vires, aut ob fessam iam & senilem ætatem, tranabant maria, exteras peragrabant regiones, mutato religionis habitu in secularem, per medios hostes iter faciebant. Erat enim illis (si incolæ vellent optatas attingere terras) id summe necessarium, hostili siquidem odio heretici non religiones tantum ac sacerdotium, sed religionum ac sacerdotij habitum prosequerentur, & in vtramq; ferina

Tridentini
conci ij pars
tres dignissimi.

ferina seniebant rabie. Hæc fuit patrum in Deū fides, hic in ecclesiam amor, hæc in proximos charitas, hic ecclesiastica rursus dolor, id instauranda ecclesie desiderium. Alij saxa cædebant, qui etiam eos homines prædixerunt, qui saxea quorundam hominum corda frequenti cædunt evangelicæ sescuris ictu, ut excolant ea, ac peliant, quod munus potissimum est cõcionatorum. Qui lapideos homines nunc mortis horrore, nunc districti iudicij tremenda sententia, nunc horrendis inferni supplicijs feriunt, ut emolliant, ut mores mutant, ut in malis non obdurescant, ut è mortuis lapideus viuifiant, ex incultis culti, ex ineptis (culpa sua) nobilissimo ecclesie edificio apti. Et ijs omnibus præter diuinum auxilium, quod illis præsto est, & in laboribus comitatur, ad est etiam diuina dispensatione humanum, ut sunt prouentus omnes ac fructus, qui illis pro suarum functionum debita administratione contingunt, ut alacriori animo quæ ecclesie sunt, & ad illius propagationem spectant seduli peragant. Idq; præsignabant pecunie, quæ iuxta numerum suum atq; mensuram dabantur in manus eorum, qui præerant laborantibus. Nec tamē auaritia hic, ociosis & desideribus, aut eis, qui carni vacarent, genio indulgerent, distribuendam esse pecuniam, sed laborantibus: ut intelligas, illos ecclesiasticis prouentibus esse dignos, meritoq; illis

Diuina et humana merces manet pijs doctoribus.

Optimi episcopi scepri quod munus.


I. Tim. 5.

I. Pet. 5.
Ioan. 2.

Zach. II.

tribui, qui laborant in verbo & doctrina, qui suos pascunt greges, qui illorum commodis inuigilant, qui optimo maximoq; pastori similes oues suas agnoscant, & agnoscantur ab illis vocemq; suam audiunt. Non tamen mancis, mutis, ac cæcis, qui potius simulachra pastorum sunt, quam pastores, aut si pastores sunt. priuata pecudis, quam non saluari pascunt pabulo, sed ocio & torpedine frangulant.

DOCTORES QVALES FU-
turi, in præcepto ne in boue & à sino aras
retur.



EVT. XX. Non arabis in boue simul & à sino. Id uerteri illi populo antiquæ legi adherenti, iuxta literam præcipiebatur. Latibat autem sub cortice illo nucleus duplex. Imprimis, bouis nomine populus præsignabatur Israeliticus, qui legi obsequabatur, illiusq; iugo subiectus erat, asini uero nomine gentiliticus, qui & si inani sua eloquentia, & philosophia turgidus extrinset, erat tamen in rerum iudicio & delectu asinus,

I. Cor. I.

Theod. in le
uit.

asinus, cuiusq; sapientia stultitia apud Deum, non ergo erat in boue simul & à sino aran-lum, id est non erant Israelite gentibus commiscendi, neq; illorum idololatrie gratæ illis futuræ, sed reijcere debebat omnia quæ in indigna populo à deo edocto. Prædicebatur præterea in euangelij promulgatione, & christiana hereditatis cultura, non esse iungendos eos, qui iudicij maturitate, rerum experimento, obedientia in Christo, alijs præstaret hominibus à sino potius quàm homini similibus, qui ingenio essent hebeti & tardo, in dicto parum sedato, & serpentine cordis nihil omnino haberent. Nam hi potius impedimento alijsquam ad iumento esse solent, obstantq; illis, quominus lenta quadam maturitate commissi sibi negotia peragât, & in eis optatos exitus habeant. Sed boues ambo sint grauitate iudicij, morum innocentia, diuine legis iugo idonei, quorum labore, & industria cælestis agricola euangelico uomere ani-

morum terras præparet & pro
scindat, ut germinent

herbam op:

portus

nam, & ab illo benedictio-

nem acci-

piant.

*

N 4

DOCTO-

Heb. 6.

DOCTORVM IN TEMPLI
vsus magnificentia, in magnificentia pas
trum.Dicere des
sent eccles
siam docto
res.

PRIMO ESD. II. Res

fertur, principes patrum dedisse in impensas templi auri solidos quadraginta millia & mille, argenti minas quinq; millia, & vestes sacerdotales centum, in quo, praeter munificentiam patrum, que comedatur, qui ex ijs que habebant, tam magnifice ad templi erectionem largiti sunt, praeter exemplum quod posteris reliquerunt, ut principes, reges, imperatores ac diuites omnes liberales ac effusi esse discant in templis sacrisq; aedibus erigendis, inq; eorum ornatum, in miseris etiam iuuandis, que vna Christi templa sunt, typice etiam significatur, quam sint Deo grati, qui sapientia aurum pretiosissimum, qui eloquentiae nitidissimum argentum, qui bonarum actionum vestes ad aedificationem fidelium conferunt in ecclesiae augmentum. Quid fecere clarissimi ecclesiae doctores, patres doctissimi, & sapientissimi. Considerunt & sacerdotales vestes digni Benedictus, Augustinus, Franciscus, Dominicus, & reliqui viri piissimi, qui religiones instituerunt, in quibus christiana fleret religio,

Religionum
patres san
ctissimi.

religio, quiq; iuuandis instruendisq; hominibus se totos impendunt laborantes, ut exemplo doctrinae suae, veterem hominem homines exuant, non numquam induant, qua veste nulla pretiosior, quo ornata nullus nec gravior nec utilior. Id etiam fecit haec nostra tempestate (habet enim Deus semper suos, qui genua Baal non flectant) Ignatius vir euangelice perfectionis sectator, instituti nominis Iesu auctor, qui mirabili vitae sanctimonia, & sapientia, qua praeditus erat non mediocri, in Ecclesiae ornatum contulit, quidquid auri & argenti spiritibus habuit. Huiusq; sui in Ecclesiam animi heredes & successores suos reliquit, in quibus sanctus ignis ab illo excitatus ardet, quem ut non extinguant flumina vlla, precamur Iesum, cuius nomine suauissimo gloriantur ipsi, & omnes, qui salui futuri sunt. Nec enim est aliud nomen sub caelo, in quo immortalis salus contingat. Numeratur aurum, argentum, & vestes, certoq; numero comprehendantur, quae in templi vsus fuerant collatae, ut sciant homines, numeratum, inq; aeterna sua memoria repositum habere Deum, quidquid in Ecclesiae suae decus & augmentum fecerint.

(?)

N 5 ECCLE

ECCLESIAE DOCTORES ET ARCHITECTI in fundatoribus templi.

Nehem.2.
Cap.3.Doctores ec-
clesiae archi-
tecti.

NEHEMIAS Ex ordine
sanctos ciuitatis structores
enumerat, & eos scribens
perpetuae memoriae commen-
dat, recensens & eos, qui por-
tas, & eos, qui turres, & eos

qui reliqua ciuitatis loca struebāt. In typum quod
hi, qui Ecclesiae nostrae portas & turres aedificant,
per quas Christiani ciues ingrediantur & arceantur
hostes, prophetae fuere, Apostoli & Euangelis-
tae. Hi nobis fidei, pietatisque operationis formam mi-
nistrarunt, per quam Ecclesiam intratur, & sine
qua nullus vnquam est ingressus. Accedentē enim
ad Deum credere oportet, quia est, & quia remun-
erator est, neque sine fide ei quidquam placere pos-
test. Hi etiam & turres struxerunt munitissimas,
& ē quibus mille clypei pendent & omnis arma-
tura fortium. Illorum enim verbis veritatis aduer-
sarios redarguere discimus, & ignita iacula in
eos iaculari, sermo enim Dei ignitus, iaculari etiā
sagittas cuspidis ancipitis. Reliqua vero ecclesiae lo-
ca extruunt pastores, & doctores, quos secundo
loco recensuit Apostolus, quia per hos tanquam
per magnos architectos, eorumque industria aedifica-
tā

Heb. II.

Can. 4.

ta fides per orbē, & dilatatur, & seruatur. Enus-
merauit tamen Nehemias cunctos aedificatores sig-
nificans, Christum in libro vite illorum omnium
nomina scribere, qui vita & doctrina Ecclesiae suae
aedificationem & propagationem curant. Habent
enim rectae operationes in hac vita & in futura
sua memoria & praemium.

PRAEDICATORVM VIRTVS,
coelestisq; doctrinae vis aduersus mundi incon-
stantiam in tubis, quarum clangore corrui-
t Iericho.



MOSS. VI. Erat Iericho murus
ta ciuitas, & quam frequens pos-
pulus habitabat, haec autem (mir-
rabile dictu) non arictibus, non
bombardis, non alijs bellicis in-
strumentis equata solo est, sed foederis arca septies
circum eam ducta, tubis clangentibus. In quo nos-
trae religionis non pauca mysteria fuere presig-
nata. Iericho enim, quae interpretatur luna, mun-
dum adhorat maioribus mutationibus subiectū, vis-
cipitandibusque rerum quae luna. Nam & si illa mu-
tabilis sit, & in eodē nō permaneat statu, sed nunc
plenis luceat cornibus, nunc semiplenis, nunc tā exi-
guam habeat lucē, vt vix appareat, firmitudinem
tamen

Concionato-
rum virtus.Origē. hom.
7.

tamen habet aliquam in tāta mutatione, quam non habet mundus, sed voluitur rotæ similis, nunc deprimens, quos in altum euexerat, nunc euehens, quos depressoerat in infimum, nunc quos aliquo honorum splendore illustrauerat, obscurans, nunc quos obscurauerat, illustrans, sicq; in anem illius gloriam oriri, crescere, minui & augeri cernimus. Mansit tamen superbiæ muro septus, donec arca, id est Christus, in quo vera clauderentur bona rebus illis figurata, quas intus habebat arca, ab Apostolis eiusq; discipulis, & alijs Ecclesiæ doctoribus predicando circumducitur. In omnem enim terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hi enim tubas habentes æneas, quibus mirabilis Euangelij autoritas, & virtus quædam inuincibilis præsigebatur, habebant eas in manibus, vt ostenderent, quanto opere conueniat, vt prædicatores Euangelij, quæ ore prædicant, manibus teneant, & opere efficiant. Tunc enim efficax doctrina est, & vim suam in cordibus auditorum excitat, cum prædicans modestiam modestus est, prædicans honestatem honestus, prædicans clementiam clemens, prædicans vitiorum fugam, & virtutum prosecutionem illa vt mortifera venena fugit, has vt rem pretiosissimam sequitur, neq; illi contigit, quod acerbè increpabat Paulus, ad Romanos scribens. Qui alium doces, te ipsum non doces?

Psal. 18.

Concionatorū ingenium.

Rom. 2. c.

doces? qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandam, mœcharis? Per præuaricationem legis Deum inhonoras. &c. Quin potius præstat, quod admonerat Iacobus, quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientie. Hac autem arca circumductione, & harum tubarum mirabili clangore Iericho muri corruere, quos exaltabat superbia, & stulta quedam firmabat & corroborabat Philosophia. Compræhendit enim Deus sapientes in astutia eorum, idq; non semel factum est, sicut illud Iericho, sed semper fit, fietq; donec mundi machina dissoluatur. Præfiguratumq; id fuit septem dierum curriculo, quod ducebatur arca, quibus ætas voluitur & voluetur. Attendant igitur quicumq; quæ doctrina sua destruxere Apostoli, ipsi aut vitæ aut doctrine corruptione peruersè instaurant, videant nunc, qui pro Christo legatione funguntur, videant, qui vasa sunt cœlestes thesauros portintia, videant (inquam) illi, quibus docendi instruendiq; populi, & Euangelij enuncian-di commissa cura est, aut illis ex officio incumbit, sint ne eorum tube ænea, sit ne eorum doctrina pura, sincera, Euangelica, ænea deniq; Romane Ecclesiæ sanctissimis decretis consona, grauisimisque illius sanctissimisque doctoribus conformis, & illam manibus habeant, exequendo

Iacob. 3. c.

1. Cor. 3. d.

1. Cor. 5.

2. Cor. 4.

Doctrina prædicatū qua
lis.

quando semper epere, quæ docent ore, vt & suspi-
ciatur illi, & eorum doctrina in pretio habeatur,
excipiaturq; summa reuerētia ab auditoribus, tan-
quam ab ore prolata diuino. Videāt, sit ne hic præ-
dicationis suæ scopus, & ad id tube suæ clangor
potissimū sonet, & dirigatur, vt corruat Iericho,
vt mundus pereat & eius concupiscentia, vt hono-
res, diuitias, voluptates, quæ murorū vice mundum
circundant, sequentur solo, nihili habeantur. Intelli-
gantq; omnes stultitiæ genus periculosissimam &
pernitiosissimum esse, immortales honores, coeles-
tes diuitias, puras & perpetuas voluptates pro il-
lis cōmutare, quæ nomine solo ꝑ lacent, opere dis-
solvunt & offendunt. Qui ita faciunt & docent,
magni vocabuntur in regno cælorum, qui autē solum
uerit vnū de mandatis minimis & sic docuerit,
minimus. Præcipiebatur item, vt aurum, argentum
& quælibet metalli, siue Iericho, siue ciuitatum as-
liarum per ignem purgata in opus domini assume-
rentur. Quo facto prædicetur omnem philosopho-
rum sapientiam, eloquentiā rethorum, ac quid
quid in illis pretiosum esset, diuine legis igni (est
enim sermo Dei ignitus, ita Salomon & illius pas-
ter nobilissimus & inelytus rex, ignitum eloquium
tuum vehementer esse purgandum. Vt nihil quod
eorum saperet superstitionem, aut falsorum Deo-
rum multitudinem in eis esset, sed pura ac pur-
gata

Matth. 5.

Vtilitas ex
Profanis au-
toribus cas-
plenda.

Prob. 30.
Psalm. 118.

gata essent omnia & celsæ consonantia doctrina
ne, tuncq; in Ecclesie vsus posse assumi. Sc. &
assumenda esse, ita vt quidquid grauitur, sensate,
acutè, commodè dictum in Platone, Seneca, Iam-
blico, Stobæo, Flutarcho, Aristotele, & alijs id ge-
nus inuenerimus, purgatum id omne in Ecclesie
vsus transferamus. Quidquid cum pietate cle-
gans in Cicerone, Quintiliano, alijsue similis nos-
træ autoribus, siue oratores sint, siue poëtæ, id ad
rectè eloquendum diuina cum delectu capiamus,
sicq; purgatis alienorum thesauris, regia nostræ
ducescat.

E V A N G E L I C A E D O C T R I N A E
virtus, & in enuntianda illa constans prædi-
catorum animus in iustione, quæ præcipieba-
tur regi Israel percuteret terram iaculo.



VARTO REG. XIII.

Dixit Elyseus ad regē Israel,
Percute iaculo terrā, & cum
percuisset tribus vicibus &
stetisset: iratus est contra eum
vir Dei, & ait. Si percuisses
quingies, aut sexcies, aut septies, percuisses
Syriam vsque ad consummationem. Vbi typice
iustum est Euangelij promulgatoribus, qui verè
reges

Concionato-
rū constans

I. Cor. 4.

Diuini ser-
mones acur-
ta iacula.

I. Tim. 8.

Pfal. 36.
Rom. 8.

Galat. 5.

reges esse debent, & celsitudine quadam animi, qua caduca omnia mundi boni contendant, & prudentia regendi, gubernandiq; se, & cunctos appetitus rationis imperio subdendi, regendi etiā alios, nunc virga, nunc lenitate spiritus, vt aiebat Paulus. Iussim (inquid) is est, qui tam regio debent esse potiore, vt iaculo terram feri ut, vt terreos, scilicet, homines coeleste nihil ac sublime sapientes, sed terrae bonis inhiantes, incertis diuitijs, adumbratis honoribus, delictijs foedis, feriant Euangelij iaculo. Ab illicitisq; illis & immoderatis curis ac desiderijs reuocent & deterreant. Iacula enim Euangelica sunt, quibus huiusmodi homines acriter sunt ferendi, in auaros: qui quaerunt diuites fieri incidunt in tentationes & laqueos diaboli, & in desideria multa inutilia & nociua, quae mergunt homines in interitum & perditionem. In ambiciosos. inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum sumus deficient. In molles ac delictiosos: si secundum carnem vixeritis moriemini, si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. In eos omnes, qui nequiter uiuunt: manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, quae praedico uobis, sicut praedixi. Quonia qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Sed si qui huiusmodi iaculo sanctissimo terram percutere iubentur: segmter

& raro

& raro percutiant, magna ratione increpantur, vt qui sint animis languidis, & quo cupit Deus ardore, quae iusserit, non expleat. Quid enim ipsi norunt, si percussissent quinquies, sexties, aut septies id est sepius praedicando uerbum, instando & arguendo vt increpatum est Israelitico regi, si percussissent Syriam usq; ad consummationem, id est homines Syrios habentes mores, varijs cupiditatibus agitados, terrenis tantum bonis intentos, nihil coeleste, spirituale, ac diuinum meditates, extinctaq; in eis uita Syriaca, Christiana surgeret & iam facta carnis spiritu mortificarent, iam thesaurizarent thesauros in caelo, loco ab erugine & furibus tutissimo, iam se demitterent, ac in humilitate alios superiores arbitrarerent, iam prouocati ac ceteri uincerent in bono malum. Iam pro effusis chachinnis lachrymas, pro immodicis sermonibus silentium pro dapibus legumina, pro ornatu pretioso communes vestes, pro honoribus spontaneam uilitatem amplectererentur, fierentq; in Christo noua creatura, & exuentes ueterem hominem cum actibus suis nouum induerent. Vnde cessantes diuino hoc iaculo percutere increpantur merito, facturi quod faciebat Paulus, gaudentes quod suae per occasionem, suae per ueritatem Christus annuntiaretur. Quot enim e Syrijs his uitali hoc iaculo percusserunt, salutiferoq; sautiarunt uul-

Concionatorū
rū constantia

Matth. 5.

Rom. 12. 4]

Eph. 4.

Phil. 1.

○ nere

Mar. 16.

nere Apostoli omni creaturæ Euangelium prædis-
cantes, cum vnus Petri sermone tot fuerint millia
conuersa, ac tot è Indis Thomas, tot è Lycaonia
Bartholomæus conuerterint, fideiq; lumine illis
strauerint & viuificauerint necando, non ter, aut
sexcies percutiendo iaculo, sed vicit us id faciendo
quæ numerari nõ possunt. Neq; Sathana artes, qui
bus eo tempore maxime vtebatur, neq; illius indus-
tria excogitata supplicia, neq; principum mina,
terrores, & tormenta flectere eos potuerunt, quo
minus Euangelium enunciant, & terrenos ac
Syrios homines hoc iaculo incessanter ferirent &
percuterent. Vnde tot, tamq; barbaræ & immanes
nationes Euangelij iugo colla submiserunt, & os
in nem feritatem exuentes Christianam amplexæ
sunt pietatem, mortuoq; in illis animo Syriaco, re-
uixit Christianus, & quæ illis erant lucra, vt ina-
nes ritus, inutiles cæcermonie, falsorum deorum
execrandi cultus, fecerunt detrimenta. Et omnia,
quæ pretiosa antea illis erant ob eorum cæca iudi-
cia, arbitrati sunt vt stercora, vt Christum
lucri facerent. Et ita percussa Sya-
ria est, et percutietur vsq;
ad seculi consumma-
tionem.

(2)

PRAE

PRAEDICATORVM VOCES ET

sermões quo spiritu percipiendi, in respos-
so Moysi præstito à populo cum è monte des-
cenderet.



XO. XIX. Quo pacto
diuinæ sint audiendæ concio-
nes, Israëlitici populi exemplo
notis est estisum. Is enim, ex-
cunte è caligine Moise, in qua
Deum fuerat alloquutus, nars
ranteq; illo quæcunq; à Deo audierat, respondit
vna voce: omnia, quæcunq; dixit tibi dominus, fas-
ciemus, quod Spiritus, ac Christianus populus esset
vna voce dicturus & facturus. E monte enim eq;
caligine Moysi similes descendunt concionatores
portantes thesauros cælestes in vasis fictilibus,
pro Christo legatione fungentes, tanquam Deo
per illos exhortante, audientesq; Deum in Euans-
gelio loquentem: & quæ ab illo audierunt, propo-
nentes populo, qui si spiritus dicturus est, omnia, quæ
cumq; tibi loquutus est dominus, faciemus. Neq; es-
ni n vt audatur tantum, aut vt tepide illi habeas-
tur fides Euangelium edicitur, nam beati solummodo à Deo dicuntur, non qui audiunt, sed qui
audiunt & custodiunt, qui faciunt & docent, simi-
lesq; perhibetur homini sapienti, qui edificauit do-

Euangelij an-
ditores.2. Cor. 4.
2. Cor. 5. d.

Luc. II.

Matth. 23.

mum suam super petram. &c. Eos vero, qui contra faciunt similes dicit (& magna quidē de causa) homini stulto, qui edificauit domum suam super arenam. &c. Quid enim stultius est, quam diuinam nosse voluntatem, illius iussa ac præcepta auribus percipere, & in illorum obseruatione exter nam nostram salutem sitam esse agnoscere, nec tamen ea digito velle tangere, sed ac si ex leges essemus ita effrene & impudenter viuere? Cumq; audiamus diligēdos esse inimicos: illos edio habemus, & edicendum maledicentibus: conuitia conuitijs regeramus, thesaurizandum esse in caelo, omnem nostram sollicitudinem pro congerendis in terra opibus apponamus? Cum audiamus castitatis gaudium esse corpus, spiritusq; imperio subiciens dum, illi indulgeamus, habensq; l. xcn. us, nulla ex his, quæ Concionatoribus loquutus est dominus facientes, cum nostra summē intersit? Quemadmodum enim æterna salus sita est in diuinæ legis obseruatio & obseruantia: ita & æterna mors in illius inobediētia & transgressu. Vnde qui: us animorū salus curæ est: auditores & factores legis futuri sunt, illi siquidem salui tantum fient.

(?)

QVO

Obseruāda
coe'ctis doc
ctina.

March. 6.
Rom. 12.
N. atth. 5.

Rom. 8.

QVO ANIMO HABENDAE SINT
Concionones. quibus auribus percipiendæ in populo Israëlitico audiente Esdram suæ legis legentem librum.



SECUNDO ESD. IX.

Legente Esdra viro iustissimo legistq; scriba legis à Deo præscriptæ librum Israëlitico populo: erant omnis populi aures erectæ ad librum, inq; fletus erumpēbant omnes, atq; tantopere eos diuina commouit lectio vt & peccata fassi fuerint, & aslimigenas vxores, quod vnum ipsi intendebat, procul pepulerint. Quo exēplo mirè Christiano populo ostensum est, quanta animi attentione diuini iam sit auditurus legem, vtq; totus illi intentus esse debeat & ab illa pendens, ita vt externæ internerq; aures in legentem dicentemque sint erectæ. Non vt hodie à plerisq; fit, qui languere quoddam animi sacras adeunt edes conciones audire, cumq; corpore presentes sint: animo peregrinantur, non agentes quod videntur agere, magnam lectioni concionum sanctissimæ contumeliam inferentes, quæ esset audissimis audienda auribus, vtq; gemmarum thesaurus pretiosissimus in mente & corde reponenda, vt cibis cœlestis traicienda in

Concionones
quo modo
habendæ &
audiendæ.

Quomodo
a pigrisque
concionibus au
diantur.

CÓNACIONATORVM FIG.

viscera. Qui tantopere ingrati sunt, & nec legis
 aequitatem, nec legislatoris maiestatem verentur,
 Exo. 5. & Deum non iam è rubo, vt quondam Moses, nisi
 dis pedibus, sed ex Euangelio loquentem sine re-
 uerentia & timore audiunt, oraculum audiant di-
 uinum, qui ex Deo est (& vehementi timore cons-
 cutiantur) verba Dei audit, propterea vos non
 Ioan. 8. auditis, qui ex Deo non estis, quod si ex Deo non
 sunt, ex diabolo esse erit certissimum. Qui enim
 Luc. 2. c. (inquit) non est mecum, contra me est, qui mecum
 non colligit, dispergit. O magnam rebellis populi
 socordiam, qui negligenter ac veluti aliud agens
 diuinam audit legem, in qua Dei illi voluntas enun-
 tiatur, & quid facturus sit, vt poenas fugiat atero-
 nis, quid, vt quietem assequatur immortalem. Les-
 gem, in qua sunt precepta ritæ & disciplinæ, les-
 gem, quæ demonis ictibus firmissimum scutum est
 illius congressibus anceps gladius, illius tenebris
 lux splendidissima. Legem, quæ in mœrore consis-
 tutis, leuitia est, in amaritudine mel, in egestate di-
 uitia, in afflictione solatium, in tenebris lucerna,
 in fame cibus, in bello clypeus, gladius & sagitta.
 Legem, cuius scrutatores, & qui in ea die ac nocte
 Pfal. 118. meditantur, beati dicuntur Quod si illis leges enul-
 Pfal. 1. grentur, quibus docerentur, quo pacto diuites
 breui fieri possent : ad honores prouchi : infirmo
 Perpetuam hominū iudicium. corpori mederi : sordes illius elui : quibus senectus
 reiuu-

CONCIONATOR. FIG. F. JOH. S.

reiuuuesceret, & quantus esset populi concursus,
 quanta corporis & animi celeritate accurrissent
 omnes, quam esset omnium silentium unum, ne leui
 quouis clamore aut strepitu verbum elaberetur, et
 inconuenientibus oculis spectarent dicentē: essetq;
 populus numerosissimus vt homo vnus. Quod si
 quis excitaretur rumor, quam ferrent excitantes
 grauitē, vtq; illum sed ire ocysime niterentur, ne
 momento interrumperetur sermo. O male sanas
 opiniones, & præposterum amorem, & cæcas popu-
 li mentes, & corrupta iudicia. Labiles honores fluxas
 diuitias, in certam corporis salutem, fragiles
 vires ita amat, vt de illis leges auidē audiat, leges
 autem, quæ docent, vt cælestes thesauri, diuini hō-
 nores sint paranti, vt animi morbis periculosissimis
 medendum, vt illius deformitas corrigenda,
 auferendum senium, diluenda sordes, has aut non
 audit populus, aut rarus audit, & consuetudine
 potius quam iudicio ductus. Camq; aures habeat,
 non quis exposcit Christus, qui, cum omnes has
 bentes conspiceret patulas ad audiendum aures:
 ita loquitur. Qui habet aures ad audiendum au-
 diat. Vbi non de illis sermonem fieri
 ostendit : quibus ornatur cor-
 pus, sed quibus ornatur
 animus.

(3)

QVIBVS DOTIBVS PRAEDITI
esse debent Sacerdotes, in præceptione hac le-
uitici typicè ostenditur.

Sacerdotes
quibus de-
beant cares-
re vitijs.



Grego. in
past. part. I.
cap. II. & 2.
cap. 4.

Sacerdotū
integritas.

Esa. 5.
Matth. 15.

EVIT. XXI. Dixit do-
minus ad Moysen: Loquere
ad Aarō: homo de semine tuo,
qui habuerit maculam non of-
ferat panem domino Deo suo,
nec accedat ad ministerium es-
tus. &c. Vbi repente subiunxit, si cæcus fuerit, si
claudus, si paruo, vel grandi, vel torto naso, si fra-
cto pede, si mancus, si gibbosus, si lippus si albugi-
nem habens in oculo, si iugem scabiem. &c. Quis
bus, corporis vitijs quam puros & ab omni pecca-
ti labe mundos suos velit sacerdotes Christus, quā
perfectos, quam omnibus numeris absolutos, si quis
ratum fuit, ne suo exemplo peccet populus, & qui
Christiani populi pulchritudo aut elegantia esse
debent, deformitas sint. Imprimis eos cæcos esse
prohibet, ut sunt omnes, qui Christū cæli & terra
lumen puris oculis non contemplantur, & illius
splendorem sequuntur, quin potius seculi tenebris
gaudent, & quia male agunt, odio habent lumen.
Qui, quæ admodum & cæcus male iudicāt de colo-
ribus, de rerum natura & pretio iudicant illi poz-
nentes bonū malum, malum bonum. Hi enim & cæ-
ci sunt, & cæcorum dices. De quibus dictum est
quod

quod pedes sanctorum suorum seruibit Deus, & I. Reg. 2.
impij in tenebris contiscecent. Claudi etiam ne
essent, iubebat, ut sunt, qui & si oculorum lumine,
quo tendere debeant, vident, & quantum illuc at-
tingere intersit illorum, eò tamen dirigere gressus,
eò quod voluntate claudicent, nolunt. Quo de
fectu unaneri notari possunt: quis enim tunc stus-
pida est mente, tamq; rationis inops, qui non agno-
scat & publicè fateatur, teneri se iuxta suo viuen-
di modo ac conditioni perscriptas leges sub inter-
minatione eterne pœnæ vivere? Si sacerdos sit, ex
exemplo condire, doctrina illuminare, fidelium in
vitu & conuersatione exemplum esse. Si coniugatus,
caput esse mulieris nō inane, ut pleriq; sed
cerebrum habens, ut illam blandè & sapiēter mos-
deretur, & ut infirmiori vasculo honorem deferat.
&c. Qui & si ista videant, modo quo meridianā
lucem vident, illuc tamen operatione non tendūt,
quia animo claudicāt, quos Paulus eorū salutis cu-
pidissimus benigne hortatur: propter quod remissa
sas manus, & dissoluta genua erigite, & rectos
gressus facite pedibus vestris, ut non claudicans
quis erret, magis autem sanctur. iubebat similiter,
ne paruo essent naso, eo quippe odores & fetores
res discernimus, vnde eos discretionem non parua
cupiebat præditos, ut qui virtutes à vitijs valerēt
secernere, & cum discretionem & prudentia id
ipsum

I. Tim. 4.
I. Pet. 5.

Heb. 12.

Sacerdotibus prudentia necessaria.

Math. 10.

Sinistra sacerdotum prudentia.

Math. 23.

Ipsum alios hortarentur facere. Est enim Christi sacerdotibus summe necessaria discretio, ut qui modum locum tempus, personam considerare prius debeant, quam euangelicas margaritas spargant, ne forte coram porcis fiat, qui illas conculcēt, & in eos insurgant. Est etiam illis & animarum regimen commissum, quod minime poterunt recte administrare, si sapientia careāt. Est & crederetis ignorantia sacramentorum, celestiumque thesaurorum dispensatio, quæ omnia cum grauissima sint, & acere iudicium exigentia, sine discretionis naso fieri (ut debent) non poterunt. Quod præsciens Christus patris sapientia primum quod apostolis commendauit, discretio fuit, estote, inquit, prudentes sicut serpentes. Quia tamen sapere debet homines, sed non plusquam oportet, sed cum sobrietate, subiunxit etiam, ne sint gradus naso, & torto, ut sunt, qui sapientia sua abutuntur, & eam in prauos noxiosque usus conuertunt ac torquent. Quod fecisse videmus Lutheranorum sapientes, qui stulti facti sunt, & nimia scrutatione prægradus naso veritatem obscurarunt & amiserunt. Manci sunt, qui ad euangelium seruandum, & quæ præcipit, opera faciendæ ita sunt segnes, ita ignisui, ac si manibus caruissent. De quibus hominum simulachris dicere possis, quod manus habent, & non palpabunt. Et hi enim sunt, qui alijs onera imponunt grauius, & ea nolunt

nolunt digito tangere, omnino sacerdotio haud idonei, cum adiutrices illi manus ad omnes pios vsus, & proximorum miseras subleuandas habere debeant, & minime ociosas & inertes, aut prauis tentatis operationibus. Reiciuntur etiam tanquam in legem, qui gibbosi sunt. Quibus illi homines significentur, qui terrenæ mundanæque felicitudinibus onere preste ad supernam & ecclesiasticam oculis non attollunt, sed fluxis ac incertis modis bonis inhiant, ut sunt diuitiæ honores, dignitates, magistratus & multa id genus, quæ ut pretiosa videntur mundis. Quos gibbosos ac curuos fecit praua peccati consuetudo, & nimia rerum peruersarum cupiditas, quæ nescientes euangelij fructus suffocat, & extinguit. Lippi etiam indigni habebantur, quibus illi homines sunt præsignati, quorum ingenium exacuit natura, sed praua & noxia consuetudo hebetauit, & carnis operationes sauciariunt ita, ut quodammodo obscuratum habere intellectum dici possint, qui vitæ corruptione comparati sunt iumentis insipientibus, & similes illis facti. Iudicabantur etiam sacerdotio indigni, qui turgem habebant scabiem, quæ pruriginis sui & deformat cutem, & molestat hominem, qui homines exprimentur inhonesti, & quos carnis prurigo exagit & in fœda opera inclinat. Etiam & qui impetiginem, ut auri omnes, quibus insatiabilis habendi cupiditas dominatur.

SACER

SACERDOTVM SOBRIETAS
in vini prohibitionē commendatur.

LEVITI. X. Sacerdotibus
vino interdicitur, illo saltem tē
pore, quo ministrabant, figurat
te nouæ legis sacerdotes ma
gnorum mysteriorū ministros
sobrietatē & temperantiā hors

tando. Dedecet enim maxime ebrietas & inglus
uies eos, qui in visu & conuersatione, fide & eas
sitate exemplum fidelium sunt futuri. Si illis enim
interdiceretur, qui corpora, vmbraſq; tractabant,
quid de his dicendum, qui spiritum tractant & ve
ritatē? Vnde, noua veteri doctrina correspondēte,
præcipit Paulus, Nolite inebriari vino, in quo est
luxuriā. Diaconos item nō multo vino debere esse
deditos, sacerdotes sobrios esse, & Thimoteum in
bet modico vii vino propter frequentes suas infir
mitates. Nunc vinu querimus sacerdotes pretios
sissimū, nec illa in sobrietate bibimus, sed certamus
pocalis, qui hymnis, psalmis, & orationibus effes
mus certaturi. Epulas exquirimus nostræ dignita
tis in memores, præposteroq; iudicio curam animi
in corpus transferimus, estq; nobis venter Deus
maiori decore, quam vnquam fuit, & secularium
hominum, vnde nobis ipsi detrahunt, & prauo no

stro

stro exemplo in dies impiora ruunt, cumq; vis
deant lucem extinctā. salē infatuatum, sibi suisq;
vitijs blandiuntur, & culpa (et ipsi aiunt) nostra de
linquunt. Quod si sobrijs essemus, nostra sobrietas,
temperantia, & voluptatum omnium abdicatio, inq;
rebus omnibus seruatus nimia diligentia modus,
eorum vitam intemperatam, voluptatibus deditā,
& male sanos excessus culparet, taciteq; damna
ret, et diuinae voluntati ac legi aduersam, quæ chri
stianos omnes lucere vult, in medio nationis pras
ua & peruersa, et q; lucis filios ambulare, & eo
quod nox præcesserit, dies ad præpinquauerit, tes
nebrarum opera abijcere, non in cœmissiōnibus
& ebrietatibus, non in cubiliis & impudicijs
&c. vitam insumere. Vellem tamen, expendere
mus mature, quod si vini potus licitus & utilis as
lioqui, propter ebrietatis mentisq; turbationis pe
riculū sacerdotibus interdiceretur, ut reuerenter
integroq; iudicio sacrificia libarent, interdictus
ne sit & Babylonici calicis potus, qui ita demen
tat homines, ut sunt in honore & impureq; volupta
tes, vindictæ appetitus, honorum ambitiones, quia
bus scilicet se sacerdotes inebriare sæpius, cum ta
men vino non abstineant. Quæ nec vitia, nec per
missa vnquam fuisse, ista omnia compræhen
sa certo scio sub æquissima illa typis
ca præceptione.

Philip. 2. c.
I. Tim. 5. s.
Rom. 13. d.

SACER

Sacerdotū
cōperantia.
I. Tim. 4.
Theod. in
Ienit.

Ep. 5.
I. Tim. 3. &
I. Tim. 2.
I. Tim. 5.

Philip. 3. d.

SACERDOTVM PURITAS
 qui leuissimis etiam culpis carere debent in
 eo, quod præcipiebat corporis Radendos esse
 pilos.

Sacerdoti
 puritas &
 perfectio.
 Greg. lib.
 mor. 6. cap.
 22.

2. Cor. 5. d.

Psal. 57.

Prob. 10. b.
 Psal. 5.

NVM. XII. Propterea quia Deus sanctifica
 vi iussit sacerdotes ut ea puritate & mun
 dicie ad sacrificandū accederent, qui tenentur:
 iussit & vniuersum illorum corpus pilis denudari
 radiq; omnes. Quo facto significauit non gratia
 peccata tantum vitare debere sacerdotes, sed leuia
 ut ociosa inutiliaq; verba, & his similia, ut homi
 nes quos nimiam sanctitatem habere deceat, que
 enim huiusmodi sunt, pilis similia sunt. Significa
 uit præterea, ne mortuum quidpiam aut male clē
 gestarent, sed ut viveret in eis Christus, cuiusq; hos
 nus odor essent in omni loco, pili siquidem & ter
 tri odoris causa esse solent, & dolorem non sen
 tiunt, ac si mortuum quidpiam essent. Surdis tamē
 ista dicuntur, obturamus enim aures nostras, ut effi
 des, ne audiamus vocem sapienter incantantis. Et
 nō tantum leuia nō vitamus, verū in gratia mise
 re & cū dedecore latimur, nec diuinis pollicitatio
 nibus allicimur, nec minis terremur, verba effun
 dentes non ociosa tantum & inutilia, sed pernitio
 sa quibus honos obscuratur proximorum, iussū
 tur mores, estq; os, quod vena vitæ esse deberet: ve
 namor

na mortis, sepulchrumq; patens guttur, è quo fœ
 tores exhalantur, quod, ut aurea paxis plena bala
 sama, suauissimum: deberet spirare odorē. Atq; ita
 non tantum pilis. Minimis inquam peccatis, liberi
 sumus, sed infecti grauioribus, & ita exemplo nos
 stro gens humana ruit in vetitum nefas.

IN CREANDIS SACERDO
 tibus magna debet esse cautio, creati vero vis
 tam agere debent minime mollem ac delicam
 tam, in electione Aaron.

NVM. XVII. Cum pro sacerdotis crea
 In creandis
 sacerdotib⁹
 habendus
 lectus.
 tione Moses virgas à pluribus exegisset
 expectans (quod cōtigit) diuinitus scilicet eum es
 se eligendum & assignandum, virga sine vllo os
 mino humore Aaronis floruit, fronduit, frus
 cūq; inexpectato tulit. Fuit autē fructus amygda
 la, quo miraculo agnitū ex illis est, qui aderant rei
 euentum expectantes, Aaronem diuino iudicio ha
 bitum esse virum sacerdotio dignum. Quo facto
 mystice significatum est, quanta iudicij maturis
 tate spectandi essent ac deligendi, qui sacris essent
 inuitandi, pro quo & si miraculam nō sit desiderā
 dū, facienda tamen disquisitio est, quanta ab homi
 nibus fieri potest, rei q; postulat magnitudo, ut ea
 sint morum honestate, eo vitæ candore, quem rerū
 tantos

tantopere mirabilium dispensatio & administratio exigit, adumbratumq; id est in fructu, quæ pro duxit virga, cuius cortex asper est ac durus, dulcis tamen & gustui gratus intus latens nucléus, ut exterius sacerdotum vita rigida sit, ieiunijs, sacris lectionibus & orationibus intenta, non delicata, mollis, ac in varias voluptates defluens, ut ventris mæcipia esse videantur. Ut pleriq; (proh dolor) hodie sunt, qui diuini ministerij dignitatisq; plusquàm angelica turpiter obliuiscunt, carni habenas laxant, tora remittunt, ut in omne vitiorum genus delitiosa ruat, in hac parte secularibus quibusuis hominibus nequiores. Vestes querunt pretiosas ac molles, uina exquisita, dapnes quouis pretio partas, consuetudines parum pudicas, & alia, quæ ipsi melius norunt, quam uerbis ego posse explicare. Huiusmodi amigdala non sunt, sed ficus, pruna uel mollissima. Qui uero arctam salutis uiam ingressi & condiunt consilijs: & doctrina exemploq; lucent, se seq; indurant ac obdunt ad voluptates, ij, si inspiciantur interius detracto cortice, o quam suauem habent fructus absconditi cuiusdam gaudij, quod ex quietâ tranquillâq; conscientia oritur omnem saporem superans, omnem suauitatem excellens. Est enim eorum conscientia pura, inculpataq; mēs, conuiuium iuge, in quo & si corpori non apponantur cibi, apponuntur spirituales, qui animi palato dulci

Sacerdotij
vita qualis.

to dulciores sunt melle, suauiores nectare, sapore ipso gratiores.

SACERDOTVM VITAE INTEGRITAS & PERFECTIO PRÆMÔSTRATA EST IMPERFECTIONE ETATIS ANTIQUÆ LEGIS LEUIÛS PRÆCEPTA.

NVM. VIII. Iubebatur leuitas à uicesimo quinto anno ad quinquagesimū ministrare, secernendo iuuentutem, ut quæ inconsideratione plena sit, & in uitia procliuis, & senectus, quæ corpore infirma est & imbecillis, ut corpore animoq; integri essent, qui ministraret. Quo præcepto mystice significata est morum integritas, qua noua legis sacerdotes debent esse præditi, ita ut intus exteriusq; perfecti sint, & ob illorum bona opera coram hominibus facta cœlestis pater glorificetur. Id expendens Paulus ita hortabatur Thimotheum. Nemo adolescentiam tuam contemnat. & c. deniq; corpore, id est, corporalibus omnibus fissq; actionibus ualentes, & animo meditatione & contemplatione rerum diuinarum. Præterea significant ab omni spe iuuenilium desideriorum sacerdotes alienos esse debere, & in quibus edomiti essent lasciui omnes appetitus (ut dicit Paulus, iuuentia desideria fuge) uel saltem iudicij & prudentiæ freno reuerentur, cogenturq; rationibus

Sacerdos
tum integritas
& perfectio.
D. Theod.

1. Thim. 4. c.

P ni subij

ni subijci & parare. Debere etiam alienos esse à
focordia, ignauia, querulq; conditione, quæ ob
etatis defectum omnibus ferè senibus solet esse cõ
munis. Nunc vero, vel iuuenes ferè omnes sumus
validi, robustiq; ad inique agendum, & in quibus
feruet ebullitq; caro. Vel decrepiti in bene operan
do senes, neq; id etate solum, sed vitijs, quæ illis
etatibus diximus præsignari.

CYRA HABENDA DVM DIVI
num peragitur sacrificium.



EN. XVI. Cum Abrahã
vir Deo acceptissimus sacrifi
cium offerret Deo, vaccam sci
licet triennè & caprã trimam
& arietem annorũ trium, turs
uram quoq; & columbam, des
cendebant volucres super cadauera & abigebat
eas. Futurum id enim sæpius erat ineffabilis sacrifi

Quæ sunt sac
cerdotes ha
bituri atten
tionem dum
sacris altari
bus ad sunt

Cant. 2.

cij sacerdotibus. His siquidem, cum Christum tes
sum hostiam patri gratissimam offerunt, cuius si
gura omnia veteris legis sacrificia extitere, fuit
siquidem vacca gratiæ plenitudine pinguisima,
fuit capra & passu rerum altissimarum, & celeri
tate subueniendi suis, vnde ob spõsa capræ similis
hinnuloq; ceruorũ dicitur, fuit aries salutifera sua
carne fideles suos refecturus, fuit turtur, cui sume

me

me placuit animorum puritas & castitas, fuit syn
cerissima columba, & qui suos columbrinos voluit
habere mores. his (inquam) volucres insensissimæ
esse solent celeres scilicet cogitatus, qui eos distra
here à debita tãto sacrificio reuerentia & attentione
laborant, quos immittere consuevit humani genes
ris hostis insensissimus Satbam. Ut suauitas ac dul
cedo iucundissima, quæ sepe optimis contingit sac
cerdotibus, non contingat, neq; percipiant sacrifi
cantes adorandam offerendæ sacrificij maiestatem,
quæ peccatoris puritatem cordis serueret, corporis
totius vultum reuerentè prærequirit, sed arte sua
pernitiosissima alibi animo sint, cum ibi sint corpo
re. Hi facturi sunt, quod vir sanctissimus Abrahã
abigentes huiusmodi cogitatus, procul diuina ope
pellentes aues tantopere molestas. Ut animi picta
re, decenti corporis motu, & quadam maturitate
lenta, ita vt tu omnibus, & grati Deo, & presenti
bus verè deuoti videantur, diuina peragant.

VITAE PURITAS COMMENS
datur sacerdotibus in virgine ducenda ab an
tiq; legis ministris.

LEVITI. XXI. Veteri illa lege iubetã
Lur sacerdotes, vt puellã virginẽ duceret in
uxorem. Iubebantur etiam ab eius consortio sepe

Puritas sa
cerdotum.

Theod. in le
uit.

Luc. 2.

rari, cum erant sacrificium oblaturi, neq; permis-
sum illis erat à templi adyis, atq; penetratit us dis-
cedere, donec vicis sue adimpletum esset ministes-
rium, quemadmodum de Zacharia sanctissimi loã
nis patri & beatus Lucas innuit. In quo typice ex-
pressa est sacerdotum nouæ legis puritas. Oblatus
ris enim illis vitulos, agnos, aut oves, & id genus
pluraq; præceptum erat, vt virginem puellam nõ
vitiatam, aut quæ alteri nupsisset, sed illam, quæ
munda esset, nullo scditatis inquinata vitio, duces-
rent. Atq; vt, cum temporis discursu sacrificandi
mãnus illis obuissset, à consortio illius alioqui li-
cito & honesto abstinerent. Vt ex hac figura dis-
cerent noui testamenti ministri, qui non ex armẽ-
tis vitulos, non ex gregibus agnos, non ex volus-
cribus aues sunt oblaturi, sed diuinũ supremumq;
sacrificium, quod illis præstat, vt veritas ymbre. si
qua enim illis inerat virtus, ab hoc sacrificio, quod
præfigurabant, illis deriuabatur, vt discant (in-
quam) nouæ legis noui sacerdotes, quanta eorum
vitæ puritas, quanta sanctitas, quanta morum in-
tegritas, quanta corporis & animi castitas illis es-
se debeat. Quorum est munus, cum in sacrificium
offerre, quem laudant angeli, adorant dominatio-
nes, tremunt potestates, cum, cui nihil placet nisi
si purissimum, cuius spiritus impituidinis & mun-
diciæ amator ab inquinatis animis resiliat, & ex
domicilia

domicilia dedignatur, quæ aliquo vitiorum nigro-
re deturpata sunt. Vt discant pudicam habere mẽ
tem, pudicos oculos, & linguam, sintq; in omni-
bus mera honestas. Expende tamen, quam fuerit
æquissime definitum, ne tanti sacrificij sacerdotes
conuizio se implicarent, sed mundo essent corpor-
re, mente à seculi negocijs libera, animo ad coele-
stia celeri, cogitatione non depressa ac obruta mo-
le curarum, sed expedita, & quæ posset ad rerum
diuinarum contemplationem omni loco & tempo-
re erigere se se. Neq; vlla esset mixtio rerum sa-
crarum & profanarum, ac ita semper abstineret,
qui non certis temporibus, vt illi, sed omni tempo-
re erant sacrificaturi, non agnam, hædum, turtus-
rem aut columbam, sed verum Deum, quem illa
prædicebant. Fuit enim æquissimum, & humane
diuinæq; rationi consonum ita fieri. Si enim puel-
lam virginem, quæ erat quedam puritatis imago,
ducturi erant, aues aut feras sacrificaturi, idq; erat
æquum, nullam omnino ducere, qui Deum sunt sa-
crificaturi, erat æquissimum. Si tempore vicis sue
illi abstinere debebant, idq; erat dignum, perpetuo
abstinere his, quibus vices perpetuæ sunt erat dis-
gnissimum. Hac ergo consilij maturitate, diuinisq;
spiritus instinctu, coniugium nobis interdictum
fuit. Videant tamen, quibus iustissima hac de caus-
sa imposita est lex, ne alio se modo inquinent, vis

Sacerdotum
pudicia.Sacerdotes
nouæ legis
a coniugio
liberi.

numq; Christi templum, quod ipsi sunt, contami-
nent, vitiosq; concubitus concupiscant, seq; scē-
dant, qui candidis, nigris, fulgidis & puris debent
esse pectoribus, & totius honestatis ac castitatis
exemplum vnicum, sunt enim altissimi sacrificij al-
tissimi ministri, ab illisq; pendet populus, qui, vt
Prometheus alter, ad eorum sepius se mores trāsa
for nat. Videant, ne animos deprimant, seq; ad in-
fina demittant, implicentq; se secularibus negos-
tiji, & in vulgi pectus abeant, quos ab omni terre
stri negotio vacuos voluit, qui eos diuinus voluit
semper occupatos, atq; ideo ad tantam tamq; sus-
blunem dignitatem euexit. Non enim equo aut ele-
phanto concessit alē sunt, non serpenti, quia non
erant volaturi, sed pedes illis, quibus niterentur,
squāz isti, eo quod pectore esset repturus. Con-
cesse tamen sunt aquile, columbe, & turturi, vt
volent seq; ē terra attollant, & ita sacerdotes à cō-
iugij molestijs, & varijs importunijs, solitudinij
bus liberos reddit Deus, alisq; scientia & probitas
te voluit esse p̄ditos, vt excelsa peterent, vt ad
coelestia volarent, & exemplo volatuq; suo aquis
le similes prouocarent ad volandum pullos

suos, illos inquam, quos euangelij

semine in ecclesie gremio

ac nido genuerunt.

rant.

LVCERE

LVCERE DEBENT SACERDO-
tes & euangelij euangeliatores, p̄ostēsum id
fuit in antiquo illo candelabro & lucernis in
eo constituendis.



XO. XXVI. Præscri-
bens Deus Moyssi modū, quo
candelabrum fieri deberet, is-
tud ex auro purissimo fieri ius-
sit, & super eum septē lucer-
nas constitui, quarum splens-
dore lucidum esset tabernaculum, ac rursum ex
eodem auro purissimo emunctoria, & id, in quo
emunctoria essent extinguēda. Quibus typice signifi-
ficatum est, quam vellet Deus, ecclesiam suam san-
ctorum doctrinis & exemplis lucidam. Illi potissi-
mum septem lucernis explicati sunt, hos si quis
dem ecclesie lucem esse dixit, iniquitas, vos estis
lux mundi. Etiam & lucerna appellauit, nemo
accendit lucernam, & in abscondito ponit, aut
sub modio, sed super candelabrum. Ac rursum fi-
lios lucis, vos filij lucis estis. Omnes voluit etiam
& illos splendere, cum dixit. Sic luceat lux ves-
tra coram hominibus, vt videant opera vestra
bona, & glorificent patrem vestrum, qui in
caelis est. Quis, apostolos ecclesites plane ac diui-
nos viros, qui vite doctrināq; splendore, & fule-

Sacerdotes
lux mundi.

Matth. 5.
Matth. 5.

I. Thess. 5.
Matth. 5.

P 4 gore

gore miraculorum errorum tenebris, nrorum calliginis fuzarunt, o: bema; illustrarūt vniuersum, non lucernas tantū, sed in zentes lampades esse, nō dicat? Quis Hieronymū, Augustinum, Chryso-
 mum, Basilium, & id genus viros, mortuus in zennio & doctrina coruscantes, qui Apostolorum vestigijs inhererunt, non dicat lucernas fulgentissimas, quarum fulgore longe, late; niteat Ecclesia?
 Quis ante hos Iosannem virum angelis similem, vatem prestantissimum, Christiane discipline magistrum, Christi legatum, Ecclesie paranympum, non videat esse lucernam, cum hoc nomine eum Euangelista Iohannes appellauerit, inquit: Erat lucerna ardeas & lucens? sunt etiā & lucerne appellati Ecclesie pastores, promulgatores Euangelij, magistorū sacramentorum ministri sacerdotes, & Christiani omnes, qui cum verbum vite contineant, fulgere debent licet luminaria in mundo.
 Non enim noctis filij sunt aut tenebrarū, sed diei, & qui aliquando fuerant tenebre, iam lux sunt in domino: atq; ideo absistere debent tenebrarum opera, & induere arma lucis. Sunt tamen huiusmodi lucerne in candelabro ex auro purissimo facto: constituende hoc modo sunt Ecclesiastice dignitates & functiones, quibus viri dignissimi sunt praeficiendi, qui tanta sint morum honestate praediti, tam varia disciplinarum cognitione, iudicio

Ioan. 5.

1. Tim. 5.
Eph. 5.

iudicio ita msturo & graui, vt forma gregis & exemplum fidelium esse possint, & gregem salutare doctrina p: scere valeant, arcereq; irruentes lupos. Sunt etiam & aurea cāselabra habet Ecclesia, vt religiosorum instituta, & coenobia, sacerdotium, conjugata vita, in quibus vitæ candore splendere iuxta functionem suam tenentur omnes. Etiam & emunctoria ex auro erāt purissimo, quibus adumbrati sunt diuulgatores Euangelij, Ecclesiarum rectores, qui si quando in fidelibus sibi commissis quid viderint, quod splendorem obscuret, potius quam iacere, emungere illud debent, sed prudenti maturoq; iudicio, ne forte, si nimia illud seueritate faciant emungere cupientes lucernam, omnino extinguant. Id enim mihi visus est docuisse Paulus maximus Euangelij promulgator, & vitiorum increpator accerrimus, cum Thimoteum instruens dixit. Prædica verbum, in sta opportune, importune irguc, obsecra, increpa, vbi increpationis acris moniam, obsecrationis lenitate temperatam visdes. Id ipsum facturi sunt, confessionis audientes ne, cum peccatorum onere pressos leuare debeant, opprimant & grauent, vinum semper & oleum Christi imitatione vulneribus effundentes, & tanta tam; clementi prudentia fidelium lucernarum superflua emungentes: vt non eas extinguere sed

1. Pet. 5.

Sacerdotum
prudentia.

2. Tim. 4.

Luc. 10.

Psal. 102.

2. Cor. 6.

1. Cor. 4.

1. Pet. 4.

2. Cor. 9.

accendere, videantur: non eos, sed illorum facinorosa odio habere. Cognouit enim Deus non ferreum aut aeneum hominum figmentum, sed terrenum ac fragile, atq; id ipsum cognituri ipsi sunt, ut quem admodum ille ut pater miseretur, ut patres misereantur ipsi. Sed intellige, rogo, esse debere ex auro purissimo emunctoria, id est sapienti integrasq; vita qui emungendi officium habent, nemini dantes ullam offensionem, sed in omnibus se exhibentes sicut Dei ministros, ut fideles dispensatores, facientes quae docent, vitantes quae vitare alios morient, ut nihil in illis sit, quod non sit pretiosissimum & purissimum, castigates per omnia corpus, ne, cum alijs predicauerint, ipsi reprobi efficiantur. Erat etiam ex auro purissimo id, in quo extinguuntur emuncta. Nonne obrizo auro puriora pretiosioraq; sunt Ecclesiae sacramenta, quibus emuncta extinguuntur peccata? quibus animis gratia redditur? quibus peccatorum sordes tergantur? quibus sanguinis Christi thesaurus latet pretiosissimus miseris hominibus comunicandus & distribendus?

(?)

SACERD

SACERDOTVM IN DIVINAM legem obedientia, in proximos charitas, in veneratione auris dexterae, & manus.



EVIT. VIII. Inbebatur dextera auris sacerdotis, dexteraq; manus ac pes sanguine & oleo ungi. in tyrum, quod erat diuinis iussis obediens seruus illis semper auscultans, etiamq; illius operationes probe, pia, iuste, ac dextere facere. Est enim & obediētia sinistra, & sinistra operatio, ut qui inuicta praecipitibus obediret, aut opera, quae diuina prohibet lex faceret. Quod ut vitarent sacerdotes, dexterae, quas diximus, partes sanguine tingebantur & oleo. Et si. n. omnibus caelum adire cupientibus conueniat diuinam audire legem, illiq; obtemperare, sine qua nulli vnquam patebit ad gloriae aditus, asstrictus tenentur sacerdotes, quorum doctrina ac moribus relictus quous populus condiciendus est & illustrandus. Hi in corde suo at seondere debent eloquia Dei ut non peccet illi, & in illa die ac nocte meditari, & illius adquisitionem habere plurius, quam auri primi & purissimi, diuitias nihil esse dicere in comparatione illius. Cumq; illa dextera percipiant aure, manum pedemq; dexterum apponant, ut eorum opera pia sint ac iusta, nihil iniustum aut sinistram habentis, immaculatos

Sacerdotes
diuinae legis
obediētes fu-
turi.Theod. in le-
uit.

Matth. 5.

Psal. 118.

Psal. 1.

Sap. 7.

Colo. 1.

Apoc.I.a.

Luc.II.

Matth.7.

maculatos se custodientes ab hoc seculo, pietatisq;
officia in proximos quam sollicitè exercentes,
gressus suos ita piè ac prudenter moderantes, vt
dexteri semper sint, in Christi gloriam, in homi-
num vtilitatem directi. Huiusmodi enim beati pro-
nuntiantur. Beatus qui audit verba prophetie hu-
ius, & seruat ea. Ac rursum: Beati qui audiūt ver-
bum Dei, & custodiunt illud. Hos viros appellat
sapientes euāgelicus sermo, & hos sanguine Chri-
sti, & diuini spiritus mollissimo oleo merito dicent
omnes inunctos.

SACERDOTVM VITAE CAN-
dor & morum integritas in multis proostens-
duntur.

Puritas Sa-
cerdotum.

XO. XIX. Suscepturi si-
lij Israel legem (vt ea puritas
te animi, eaq; veneratione eam
susceperet, qua digna erat lex
à Deo data) inuentur, à maris
tali congressu aliò qui licito ab-
stinere. Vbi typico exemplo nouæ legis sacerdos
tes, illiusq; professores Christiani admonentur pu-
ritatis, qua præditi esse debēt, cum non legem, sed
legis dominum, perfectiorisq; legislatorem sunt
suscepturi. Quāta sollicitudine vitare debēt quid
quid

quid inhonestatem sapiat, vt pectoris vasa munda
sint, quibus immittendus est nec liquor pretiosus,
sed Christi sanguis & caro. Cui si pretiosissimos
omnes liquores cōferas, canū sunt. Quod si præ-
ceptum illis erat à licita abstinerere congressione,
his, qui Deum ipsum rerum parentem, eorum in
spectiorem, omnium iudicē, recepturi sunt, quanto
iuebuntur astrictius ab omni abstinerere, cum omnes
illicite sacerdotibus sint videant ergo, si qui sunt
ingemo ita prauo, moribus ita corruptis, mente
tante pere sacrilega, vt scdum & inhonestum ad-
mittant amorem, quam se demittant, quam se deici-
ciant & præcipitent è cœli vertice in sinū Dalidæ,
quæ blanditijs illecebratq; suis septiformis spiritus
crines radat aureos, quibus eorum spiritale consis-
sit robur ac virtus. Quibus ab eis, bestibus tras-
duntur non Philistæis, sed diabolis, quos Philistæi
adumbrabāt, peccatorum funibus ligantur, ac mo-
lam grauem circumducere compelluntur, vile &
lucrosam epus, multis quam hominibus dignius.
Nonne molam circumducant, qui lassantur in via
iniquitatis & perditionis? qui ambulant vias diffi-
ciles? eorum etiam obtinebrāt lumina: suam
agnoscentes dignitatem respiciant, & à diaboli
laqueis se explicent. Videant ergo sacerdotes de-
mini, & siti sapiant, siquidem sal sunt, se ipsos ille
luminent, quandoquidem lux dicuntur. Videant,
qui

Inhonesti ad
moris dāna.

Indi. 16.

Doctrina sa-
cerdotum
vtilis.

Sapient. 5.

Matth. 5.
Luc. 14.

I. Reg. 3.
Punitur
Ophni, &
Phinees.

Dani. 5.
Punitur rex
Balthasar.

qui crystallinis aquis debent delectari, hoc est res
bus mundissimis & purissimis, ne cæno delectentur,
hoc est rebus turpibus et obscenis Punitos au-
diunt Heli sacerdotis filios Ophni & Phinees, eo
quod (inter cætera sua praua opera) cum mulieribus,
quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, dormie-
bant, unde eodem die gladio ambo in bello cor-
ruerunt. Cur non ultorem diuinæ iustitiæ gladiū hor-
rent, qui sacerdotes sunt, & similia peioraq; aus-
dent? Balthasar Babylorum rex, eo quod vassa
illa pretiosissima, quibus Hierosolyma Deo minis-
trabatur, in profano: vsus conuertere fuerit aus-
sus: iussitq; ea ad exhilarandos conuiuas, qui iam
mero incaluerant, adduci, et os potusq; in vbera af-
ferri, subito scribetem in pariete vidit manum, ad
cuius aspectum ita expauit, vt illius metum ac tres-
morem sacræ indicantæ literæ dixerint, quod sus-
cies regis commutata est, & cogitationes eius con-
turbabat eum, & compages venum eius soluebantur.
& genua eius ad se inuicem collidebantur. Con-
tigitq; illi, quod tremende illæ literæ minabantur.
Regnum amisit, & eadem omnino nocte interfes-
tus est. Quæ ergo supplicia expectant hos diuina-
rum comminationum contemptores, qui tam ma-
le securè viuunt, quos superna pietas reges fecit
ac sacerdotes, qui non argentea, aureaue vasa è
candida pallidaq; terra fusa (neq; enim aliud ar-

gentum

gentum est quam terra candida, neq; aliud aurum
quam pallida) sed animorum vasa, pro quorum
purificatione fusus est Christi sanguis, quibus si ar-
gentum si aurum, si gemas compares, puerorum
nenia sunt, in vsus peruertunt profanos, non po-
tunt illis hominibus quauis nefaris propinando,
quod fecit perfidus ille rex, sed feris ac plane bel-
luinis desiderijs, vt sunt omnia, quæ ad carnis ope-
ra tendunt, quibus miseri conuiuium faciunt, quo
animus comedendus apponitur. Quæ (inquã) sup-
plicia, quam graua, quã horrenda, & nullum has-
bitura sunt. Cur non tremunt insensati isti homines,
cur facies illis non immutatur, compages renū sola-
uuntur, genus colliduntur inuicem, cum ita diuis-
nam manum scribentem conspiciunt? potentes po-
tenter tormenta patientur, fortioribus fortior ins-
stat cruciatio. Et quod seruus agnoscens voluntas-
tem domini sui, & non faciens eam plagis vapula-
bit multis. Ac rursum: Stabimus ante tribunal Chri-
sti, vt reportet vnusquisq; pro vt gessit in corpor-
re suo siue bonū siue malum. Ergo sacerdotes chas-
rissimi, nostram agnoscamus dignitatē, surgamus
ab infimis ad maxima conditi, luceamus sicut ver-
bum vitæ continententes, sit nobis viuida fides, virens
spes, feruens Charitas, sit cor vnum & anima vs-
na, sint columbini oculi, aures, è quibus pendeant
murenule auræ, vermiculata argēto, vt sunt elo-
quia

Sap. 6.
Luc. 12.
Rom. 14.
I. Cor. 5.

Sacerdotū
mores.
Phil. 2.

Can. I.

1. Pet. 2. c.

quia omnia diuina cum venustate audita aut des-
 cta. Sit lingua medica, qua proximorū vlcera lam-
 bamus & sugamus pus, sit peccatus condidum, sit
 cor sursum, sint manus innoxie, sint semite nos-
 stræ iustitiæ: ac deniq; talis sit nosfer inter homi-
 nes conuictus, talis consuetudo, vt in eo quod des-
 trectant de nobis, tanquã de malefactoribus, ex bo-
 nis operibus nos considerantes glorificent Deum
 in die visitationis, vt condiamus exemplo, & de-
 strinã splendore illuminemus. Vt qui Angeli domi-
 ni exercituum dicimur, moribus & doctrina sis-
 mus, supremoq; conuiuio conuiuæ digni, & ad os-
 randi sacrificij digni sacer dotes, amore & tremore
 vigilantes.

Melach. 2.

SACERDOTVM VITA CONSO-
 na debet esse doctrinæ, vt efflux doctrina
 sit, in iacob voce & manibus.

Sacerdotū
 sermo & vi-
 ta.



EN. XXVII. Cum calis
 gasset Isaac Patriarcha sans-
 timus, cuperetque iacob
 matris suasu & industria Es-
 sau fratris natu maioris bene-
 dictionem præoccupare, pas-
 tremq; alloqueretur: voce illum iacob esse suspicās
 ad se eum accedere iussit. Quem cum arretrasset,
 & manibus

& manus tentasset, quæ pellibus habebat operas,
 vt se pilosum simularret esse Esau, dixit Isaac, vox
 quidẽ vox iacob est, manus autẽ manus sunt Esau.
 In quo pleriq; concionatorū adumbrati præsigna-
 tiq; videntur, quorum sermones si audias, quibus
 populum videntur velle excutere, extirpare vitia,
 virtutes serere, idq; validis intensisq; clamoribus,
 varijs etiam ex scripturis nunc exemplis, nunc si-
 guris, nunc testimonijs vt cunq; congestis & addu-
 ctis, vocem quidem iacob esse dicas, hominis scilicet
 cet mitis, modesti, ac prebi, quq; optimo quidem
 animo suam exequatur ministeriũ. Si tamen illius
 manus contrectes, vires scilicet, manus dices esse
 Esau, cum illius profana sit vita, vulgares mores,
 cõmunia opera, cum ludat, & deieret, & corpori
 vacet, varijsq; agatur affectibus vt quinis ẽ popu-
 lo, & ita cõmoueat ira, incendatur habendi cupi-
 ditate, honorum ambitione tumeat, blãdicijs car-
 nis titilletur. Cum tamen Christus, cuius prædicato-
 res enuntiat doctrinã, & sermone, & manibus eos
 cupiat esse iacob, vt sic corū doctrina sit efficax,
 dicatq; eos in regno cœlorum esse magnos, qui fas-
 ciunt & docent, & quibus par est lingua manibus.
 De alijs autẽ, ne hominibus imponerẽt, ita præmo-
 nuit. Super cathedrã Moysi ascenderunt scribæ et
 pharisæi, quæ dicunt, facite, quæ autẽ faciunt, nolite
 facere. Habet enim qui huiusmodi sunt iacob vocẽ,
 Q Esau

Indigni prẽ-
 dicatores.

Matth. 5.

Mat. 23.

Esau manus, estq; monstri genus Christiana recipi
 bluce perniciosissimū, morū corruptione deforma
 re, quæ verbis effingunt, cōculcare pedibus marga
 ritas, quas alijs spargunt pretiosissimas, vitæ euelle
 re, quæ serunt lingua. Vnde merito demiratus aies
 bat Bernardus vir sanctissimus, lingua magnilos
 qua, manus ociosa, doctrina lucida, vitæ tenebroso
 res est monstruosa & prodigiosa. Inq; horum im
 pudentiā & mentē male sanā incitatus Paulus aie
 bat. Qui in lege gloriaris, per prauaricationē le
 gis Deū inhonoras, & Dauidico ore Deus, quare
 tu narras iustitias meas, & assumis testamentum
 meū per os tuū? tu vero odisti disciplinā, proiecis
 sti sermones meos retrorsum. Si videbas furē cura
 rebas cum eo, & cum adulteris portionē tuā pone
 bas. Os tuū abundauit malitia, & lingua tua cōcin
 nabat dolos. Sedēs aduersus fratrem tuū loquebaris,
 & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum,
 hæc fecisti, & tacui. Existimasti: ique, quod ero
 tui similis? arguā te, & statuā te contra faciē tuā.

Rom. 2.
 Psal. 49.

EX DIVINAE EVCHARISTIAE
 adorandiq; sacrificij oblatione quot utilitates
 deriuentur in pectora debite offerentium, var
 riy præostenditur sacrificijs.

LEVIT. IX. Porro cum Aaron octauo
 post suam consecrationem die hostias immo
 laret,

laret, secundū diuinæ sanctionis ritū, & preparas
 tas altari superposuisset, apparuit gloria dñi om
 nī multitudini, & ecce egressus ignis à dño deuor
 rauit holocaustū, & adipēs, qui erāt super altare.
 Id ipsum contigit in dedicationē tēpli illustrissimi,
 quod Salomō in diuinā gloriā ac laudē crexerat, 2. Paralip. 7.
 fusa enim ad Deū oratione ignis descendit de coe
 lo, & deuorauit holocausta, & victimas, & maies
 stas dñi impleuit domū. Id etiā & Helyæ precibus
 cōcessum fuit, orabat siquidē, vt externo aliquo
 signo se verū Deū omni populo declararet, & ces
 cidit ignis dñi, & vorauit holocaustū & ligna & 3. Reg. 18.
 lapides, puluerē quoq; & aquā quæ erat in aquæ
 ductu lambens. Quibus rebus adumbratū fuit be
 neficiū ineffabile, quo Deus mortales prosequitur,
 cum ad oblationē hostiæ sanctissimæ, quæ à sacer
 dotibus offertur, ignis non visibilis & corporeus,
 sed inuisibilis & spiritalis supernæ gratiæ immitti
 tur. Qui pectora inflāmat, celestiq; rerū amore
 accēdit, purificat etiā & illustrat, vt nihil sordidū
 ac caliginosum habeant, sed pura sint, munda, can
 dida, & præclucida. Et illis præditi, cum non sint
 iam noctis filij, sed dici, opera tenebrarū abijciāt,
 vt sunt praua omnia opera, & arma lūcis induāt,
 vt in breui vitæ die honestē ambulent, ac huius sa
 crificij mirabilem virtutem, & efficaciam in vitæ
 suæ probitate, aut emendatione ostendant.

Eucharistiæ
 virtutes mi
 rabiles.

3. Reg. 18.

Rom. 13.

DIVINA OMNIA QVA IVDICII
maturitate faciēda. qua grauitate consilij, in
racluis nolētibus canere corā viris Babylonis.

Diuina do-
ctrina.

PSAL. CXXXVI. Cum esset populus
Israēl in Babylonica captiuitate, musica om-
nia instrumenta ē salicibus suspēdit, nec illa solito
pulsabat more. Cumq; peterent ab eo viri Balyo-
nis, vt ē hymnis, quos solebant in domini laudē ca-
nere, aliquos in eorū conspectu occiderent, reston-
debant, non esse factū dignū in terra aliena domi-
ni cantica psallere. In typū, quod euāgelica instru-
menta suspendenda sunt, nec pulsanda, tacendaq;
cantica dñi in terra aliena. i. corā hominibus nefas
rijs & sceleratis, qui eis non sunt auscultaturi, qui,
vt irrideant tantū, ad psallendum inuitant, quod
consuluit, admonuitq; Dñs, cum dixit. Nolite pro-
ijcere margaritas ante porcos, ne forte conculcēt
 eas, & dirumpant vos. Preciosissime siquidē mar-
garitae (& quid illis pretiosius?) sunt dñi eloquia,
vt verus illorū extimator Dauid dixit. Bonū mihi
lex oris tui. &c. Et iterū. Desiderabilia super aurū
& lapidē pretiosum. &c. Super aurū & topazion
desiderabilia haec corā porcis. i. hominibus ē coe-
no non attollentibus plantā, ventris mancipijs, ter-
rena tantum sapientibus, de quibus lachrymās ser-
monem faciebat Paulus cum ad Philipenses scribe-

Philip. 3.

ret,

ret, multi enim ambulāt, quos sepe dicebam vos
bis, & nunc flens dico inimicos crucis Christi, quo-
rum Deus venter est, & gloria in confusione, qui
terrena sapiunt, nō sunt proicienda. Nolūt enim
in estimabilem earū valorē intelligere, nolunt ven-
dere quae habent, quae omnia vilissima sunt, vt tam
pretiosas conparent margaritas, quin potius con-
temnunt, & conculcant eas, & odio habent, iniu-
rijsq; afficiunt proicientes. Vnde consultum est
sapientissimē, vt coram his sileant & instrumen-
ta euangelica, & cantica.

SACERDOTVM PURITAS COR.

poris & animi, vt digne eucharistiā recipiant,
cōmendatur in percontatione, quam fecit Da-
uid Achimelech magnus eo tempore sacerdos.

PRIMOREG. XXI. Cum fugeret Da-
uid vir sanctissimus Saul diri regis insidias,
fatigatus itineris labore vna cum suis, adactusq;
necessitate aliquid ab Achimelech sacerdote peti-
uit, quo eorum fames sedaretur, succurrereturq;
proprie & suorum necessitati. Qui cum tantum
propositionis panes haberet, nō illos prius concessa-
sit, quam Dauid afferuisset (cum ab eo interroga-
retur) se & socios suos à mulierum contactu esse
mundos, & tres ante dies ab earū congressu pro-

Eucharistia
qua animi
puritate res-
cipienda.

Q 3 sus

sus continuisse. Quo admonitos noue legis sacer-
 dotes, quis non videat, ni luminibus sit orbatus, vt
 contineant se se puros, mundosq; seruent ab omni
 carnis inquinamento? siquidem comesturi sunt nō
 propositiois panes, vt fecere Dauid & sui, sed
 panem vite, panem super substantialem, panem
 Angelorum, cuius umbra antiqui illi panes fuere.
 Vnde non possum mirari satis plerosq; Sacerdos
 tes, quorum tanta impudentia est, temeritas tan-
 ta, animiq; contemptus, vt (illis quod aiunt ma-
 nibus) panem hunc adorandum cōtingant. Cumq;
 eorum communis vita sit, vulgares mores, & (vt
 inquirunt) per publicam viam gressus, singulis il-
 lum diebus comedant. Quos si forsā percontas-
 tus fuisses, quod Achimelech Dauidem, responsus
 riq; vera essent, non dixissent, quod dixere illi. Et
 tamen maiora audent non attendentes miseri,
 quod qui indigne manducant, & bibunt, iudicium
 sibi manducant & bibunt, quodq; illis vite panis
 ob vite suae neglectum mortis sit. Admonentur et-
 tiam percontatione facta ab Achimelech sacerdos
 tes, quibus caelestis huius panis distribuendi ma-
 nus est commissum, magno illum iudicio maturoq;
 consilio distribuant, ne secleratos, nephariosq; ho-
 mines Angelicis his epulis dignos ducant. Sed
 percontentur prius, mundi ne sint? hoc est, prae-
 parauerint ne se debita recogitatione peccatos
 rum?

Ioan. 6.

Psal. 77.

I. Cor. II.

Sacerdotū
prudencia.

ram? mundi ne sint ab omni mortali scelere, nuls-
 lius sibi lethalis culpa conscij, firmumq; proposi-
 tum conceperint retrahendi se ab omnibus, quae
 illos coinquinant, & immundant? Cumq; istud
 illis per confessionem constiterit, in memoriam
 reducant Christi in suos immensum amorem, qui
 non, vt antiquis illis, panes concesserit propositio-
 nis ex communi factos massa, communi coctos
 igni, sed se ipsum panem viuum, qui de coelo des-
 cendit, carnem suam aeterni spiritus sanctissimo
 igni in utero virgineo preparatam, quantaq; puri-
 tatis, quanta sanctitas, quanta morum inno-
 centia requiratur, necessariaq; sit, vt in pectus il-
 lum admittant. Et quae habenda agendaq; sint
 illi gratiae, qui tanta, tamq; admiranda, & quis
 bus Angeli se agnoscunt indignos, Christianis
 contulit.

QVANTA REVERENTIA SA-
 cra sint ad eunda loca, & diuina sacramenta
 quanta puritate tractanda, in eo ostenditur,
 quod soluere calciamenta iussus est Moses.



X O D. III.

Ardens rubus, In sacris tra-
 iuem conspexerat propheta Moses, ctandis reue-
 qui inter incensas flammis mi-
 rancia.

Q 4

rabili

Origē. par. 1

rabili inauditōq; modo integrum seruauit virorē,
diuinam prædixit virtutē, quæ humanitatē assumpta
ptura erat laborum spinis expositā, fumi scilicet,
lassitudini, siti, algori, & id genus alijs, quibus di-
uina supremaq; virtus non erat humanitatem con-
sumptura, quemadmodum nec flāma combusit ru-
bum, sed ad tantum honoris euectura fastigiū, vt
Deus diceretur homo, & homo Deus. Enitens etiā
flāma indicauit Christum lucē fore mundi, iustitiæ
solem, qui splendore vitæ & doctrinæ, virtutisq;
sue in adēdis miraculis caliginē, tenebrasq; omnes
fugaret, & gratissimo iubare orbem perfunderet.

Expēde ista

Ioan. 8. & 9
& 12.
Ibid.

Vnde ipse, cum sermonē de se faceret, dixit. Quā
diu sum in mundo, lux sum mūdi. Ac rursus: Qui
me sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit
lumen vitæ. Et Ioannes diuinorum mysteriorū ma-
ximē conscius, illum lucem esse veram, quæ illumina-
nat omnem hominem veniētem in hunc mundum,
asseruit. Sacerq; propheta Esaias diuinam hanc lu-
cem præuidens, ait. Populum, qui ambulabat in te-
nebris, vidisse lucem magnam. Moysi accessio ad
audiendum diuinum illud oraculum, accessuros ho-
mines indicauit per fidē ad Christū, doctrinā plus
quam cœlestem audituros, quæ lumen esset suis ses-
mitis, consiliū suis operationibus, morū vitæq; sue
certissima regula, à qua ni aberrassent, recta cœlū
petiissent. Calceamenta soluere iussus est Moses cū
accedere

Psal. 118.

Esa. 9.

accedere vellet visionē illam magnā spectaturus,
vt ex hoc discant, quanta animi reuerentia, quans-
to timore sacerdotes in templo sint versaturi, quā
ta animi puritate accessuri visionem magnam, qua
Deus latet, contrectaturi manibus, recepturi pes-
ctore. Quanta item seculares homines, qui nunc
(pròh dolor) tam impudenter, tam irreuerenter
versantur in tēplis, quàm versantur in foris, aspes-
ctu, incessu, vestitu, colloquio, nihil nisi vanitatem
ostentantes, loca sacra de honestantes, debitum ho-
norem diuinis rebus detrahentes. Discant igitur
è diuino hoc iussu calciamenta soluere, secularia om-
nia abijcere, ac domino intimore seruire, & cū
tremore exultare. Discant diuinis adesse vultu
modesto, dimissis aspectibus, ac deniq; toto corpo-
re decenter composito, vt non, quod Ozæ, nō quod
Ozie, illis contingat, sed quod Moysi viro Deo
gratissimo. Id enim adumbravit iussio illa diuina,
ac Moysis obsequium.

Attendāt se-
culares ho-
mines.Psal. 2.
2. Reg. 6.
2. Paral. 16.

MINISTRATVRI SACERDOTES
quam puro & reuerenti debeant esse pecto-
re, & illis ministrantibus seculares homines
quanto & timore & deuotione.

LEVIT. VI. Iubebatur vt, qui carnes
Deo offerendas deberet tangere, sanctifica-
retur.

Sacerdotum
in res sacras
reuerentia.
Ioan. 6.

g. Cor. II. f.

Improbusta
cerdos.

Matth. 5.
Malach. 2.
Psal. 81. &
Ioan. 10.

retur. Alijs procul esse iubebatur, ne sanguinis guttis aspergerentur. Hoc nos symbolum docet, quibus mysteria aperiuntur, & in quorum utilitatem & doctrinam illa fiebant, ut nimia reuerentia nostrae religionis mysteria tractemus, & potissimum Christi carnem, qui verus est cibus, & sanguinem, qui verus est potus. Utq; nos sanctificemus, probantes nos metipsos, nosq; iudicantes. Quod hortatur Paulus mirabile hoc sacramentum suscepturos, ne sua culpa in exitium illis sit, quod in vitam erat futurum. Sanctificant se, qui ab omni via mala prohibent pedes, aut si quando lapsi sunt, humili suorum peccatorum confessione, & lachrymis e contrito corde se atentibus peccatorum maculas detergunt, cumq; exitus aquarum deducant oculi, in posterum a peccatis cauent, & sic se, membrâ sua mortificando, sanctificant. Nunc expende, an id fiat à nostri temporis plerisq; sacerdotibus indignissimis nomine ita sancto, quorum os, quod in vena vite esse deberet, est vena mortis, manna noxie, pedes veloces ad currendum in malum, mores deniq; reru opinioniones & colloquia communia omnia. Cum tamen eos eterna sapientia nunc mundi lucem, nunc salem, nunc coelos, nunc angelos, nunc Deos appellauerit. Ut suae dignitatis eos admoneret, ipsisq; doceret nominibus, quanto animi candore, quanto morum innocentia, quanto ta dea

ta deniq; sanctitate praediti esse deberent illi, quibus tam fuit propitium numen, ut eos sacerdotes crearet. Alij vero non offerentes docentur, stare procul erubescenti publicano potius quam tumido phariseo similes, indignos se agnoscetes qui mysterijs ita sanctis, ac sublimibus adsint, quod minime hodie faciunt seculares homines, quin potius qui animis indigniores sunt, ut pote superbi iracundi, inuidetes, inhonesti, si diuitijs affluat, alijsq; fluxis fortunae bonis, hi propius ad altaria accedunt, ac sericum (si nobiles illi sint) puluinar genu supponitur, quibus saepius spineum, & saxum esset supponendum. Alij vite honeste demissis animis procul adstant, oculos vix audentes attollere, tundentes pectora, & indignos caelesti illo spectaculo se se lugubri voce dicentes. Quibus dissimiles contingunt euentus, ut phariseo & publicano contigerunt.

PVRVS DEBET ESSE ANIMVS,
& absumptum peccatum illius, qui in utilitatem eucharistiam est accepturus, in manna, & tempore, quo illud pluit Deus.

EXO. XVI. Non depluit manna caelestis
cibus Israelitis, donec alimenta omnia, quae
secum

Luc. 18.

Hominum
reuerentia.

Luc. 18.

Puritas recipiendum eucharistiam.

I. Cor. II.

Psal. 118.
Psal. 18.

secum ex Aegypto asportauerāt, consumpta fuerunt. Intypum, quod Aegyptia omnia, vt iniusti mores, & vita vitij infecta relinquenda omnino est, si eucharistiam, quam manna adumbrauerat, in salutem suscipere velimus. Mundent ergo peccata, mentes preparant, semetipsos probent ac iudicent tantum sacramentum recepturi, deponāt odium, inhonestatem fugiāt, missam faciant in gloriā, immoderatam habendi sitim sedent, Aegyptia enim sunt ista omnia, quae donec consumpta sint, qui synaxim recipiunt, iudicium sibi manducant & bibunt. Reliquis verò, qui depurato, defecatoq; animo, & consumpta Aegyptiaca vita recipiunt illam, dici non possunt bona, quae contingunt. Sed quid ni contingant, cum perennem bonorum omnium fontem, vitae autorem, gloriae donum recipiant in se? Si illius sermo lumen est, si fauus, si super aurum & topazion desiderabilis, si corda letificans. Quid dicemus non iam de sermone, quem protulit lingua, sed de aeterno ineffabiliq; verbo, quod pater genuit, quod factum est caro, quae cibus est, qui ab his comeditur, quod sanguis est, qui ab his bibitur? Silentio & adoratione dicamus, quae mens non concipit, nec lingua fatetur.

GIVENDA

ELICIENDA SVNTE ANIMI TEM-
plo immunda omnia, vt debita preparatione
eucharistia recipiatur, in Osa ante phasc
lebrationem idola eiecanti.



VARTO Regū. XXIII.

Eiecit Osa idola terra, & omnes immundicias, & celesbrauit de mino Phasc. Quo regis anno typice nol is praeditur, omnia idololatria procul esse pellenda, arcendas omnes immundicias, si puritate ac veneratione, qua tenemur, Phasc celebrare velimus. Terra enim idola sunt, avaris pecunia, ita eam Paulus arcanorum diuinorum conscius appellat, auaritia, inquit, quae est simulacrorum seruitus, illi enim genua stectunt avari, illi se se demittunt pro augenda illa, nullum non mouent lapidem, nullum laborem refugiant. Ambitiosos honor, nihil enim fastosi isti homines non tentant, vt in pretio habeantur, vt ab adeptis tanta felicitudine honoratus non decidant, vt alij capita illis aperiant, ac cunctis praeferrantur. Alijs venter, vnde Paulus dignissime, horum Deum ventrem esse, dicit, qui illi indulget, qui quae grata illi futura sunt, etiam cum animi discrimine procurant. Quibus nulla animae cura esse videtur, tantū in corpore ma-

Puritas ad recipiendam eucharistiam.

Coloss. 3.

Philip. 3. d.

1: de

le de se meritum transtulerunt. Illis mollis lectus, dulces dapes, suauia ac odorifera uina, pretiosi ornatus, ac quid in mundo, delitiosum est. Animis iniquis, fames, nuditas, contemptus, ac quidquid illis laboriosum, est molestum & graue. Huiusmodi terrae idola eijcienda sunt, si recte Phasæ celebrari debet. Eijciendum auaritiæ idolum, quod tot habet adoratores, ita ut mores sine auaritia sint, ac christianis uisceribus proximorum indigentibus subueniatur. Eijciendum honoris idolum, quod tantopere superbi suspiciunt, amanda modestia & humilitas, quæ Deo nimis est gratæ, nimis accepta, ut qui humilia respiciat, humilibus det gratiam, & cuius spiritus super humilem & mansuetum requiescat. Eijcienda carnis indulgentia, & illius infultus poenitentiae rigore comprimendi, compescenda eius petulantia, ne spiritui aduersetur. Eijcienda immundicia, ita ut puri sint cogitatus, puriores sermones, purissima opera, ut nihil foedum, nihil turpe queat in illis inueniri, sed casta & candida sint omnia, digna Phasæ, quod celebrare intendunt. Videant ergo (si iudicio sunt sano) quam longè sint ab Osa rege prudentissimo, qui crucentis animis, ac moribus uitiorum idololatria infectis, uitaq; spurcissima Phasæ celebrant, cum pecuniam, honorem, ventrem, ac reliqua uitia, quorum foedo amore tenentur, non eiecerint, quæ illis idola sunt,

Heb. 3.

Psal. 112.

Iacob. 4.

la sunt, non eiecerint cogitatus spurcos, inhonestos sermones, obscena opera, neque odio habent illa, quorum amor in illis odij diuini causa est.

CINCTIS DEBENT ESSE MORIBUS, & uita purissima Sacramentum recepturi, admonet id in modo comedendi paschalis agni.



XO. XII. Inter plurima illa, quæ, ut agnus paschalis rite comederetur, perscribantur à lege, unum erat, ut precinctis essent renibus, qui illum erant comesturi, utq; azimis illum panibus manducarent. Quibus typicè significabatur puritas, religio, ac sanctitas eorum, qui Christum nuncum & sine macula agnum sunt impeturi suscepturi. Quam accinctis renibus esse debent, ne uitæ laxioris aliquid habeant, sintq; (ut ueteres aiebant) discincti, quo hominum significabatur incontinentia, & in uitia procliuas. Ali enim discincti sunt, qui carnis opera faciunt, precuniæ cupiditate tenentur, honorum ambitione flagrant, qui neq; ab illicitis aspectibus retrahunt oculos, neq; ab ociosis sermonibus compefcunt linguam, neq; aures,

Puritas ad recipiendam eucharistiã.

Galat. 5. c.

aves, vt indigna nō audiant, ocludūt, sed discin-
 eta, laxa, ac libera in illis omnia sunt, nullis disci-
 plinæ accincta balthéis. Qui vero carnis curā (vt
 Paulus iubet) in desiderijs non faciunt, qui spiritu
 illam mortificant, qui corpus castigant & in serui-
 tutem redigunt, hi accingunt lumbos suos in verita-
 tate. Qui prohibent linguam suam à malo, & las-
 bia, ne loquatur dolum, qui oculos à vanitate auer-
 tunt, qui linguam nequam nolunt audire, qui des-
 niq; recedunt à malo, & faciunt bonum, & se di-
 uinæ legis præceptis astringunt & arctant, hi præ-
 cinctos habent renes. Præcipiebatur etiam, vt azy-
 mis panibus agnus manducaretur, ne fermento ma-
 litie essent infecti, sed azymis potius, puris, ac
 synceris moribus. Acido enim fermento infecti
 sunt, qui inuidiæ virus habentes in pectore, illud
 in proximorum perniciem euomunt, eorum bo-
 nis tabescentes, gaudentes malis, quibus risus ab-
 est, nisi quem visi fecere dolores, qui aliorum re-
 bus opimis macrescunt, suiq; sunt carnifices. Aci-
 do etiam fermento sunt infecti, qui proximos, quos
 Christus amoris diuini Deus non secus ac vitam
 propriam eis charos voluit esse, odio habent, &
 persequuntur, famam dictis lacerantes, vita priua-
 re cupientes, in quibus vix scintilla inuenias ignis,
 ad quem mittendum in terram venisse se asserue-
 rat Christus. Ac deniq; quicumq; lethali quouis
 peccato

Rom 13.d.
 Rom. 8.c.
 1. Cor. 9.
 Psalm. 33.
 Psalm 118.
 Eccli. 28.

Inuidiæ dirū
 ingenium.

Luc. 12.

peccato sunt inquinati, simili modo indignissimi
 sunt, qui ad diuinum accedant conuiuium, cæles-
 stemq; mensam, qua verus, innocens, & gloriosus
 agnus, cuius ille alter imago extitit, comeditur.
 Volunt siquidem impudenti quadam audacia, quā
 sua expectat pœna nec leuis, discinctis renibus, &
 fermentatis panibus contra Dei præceptum agnū
 e oue virginea natum manducare. Qui huiusmodi
 sunt, repelluntur vt indigni, ne comedant, come-
 dentes iudicium sibi manducant ac bibunt. Qui ta-
 men præcincti sunt vita, & moribus azymis &
 candidis, hi ad conuiuium inuitantur, ab his diui-
 nus agnus manducari cupit, hos in se mutat, suaq;
 modestiæ, mansuetudinis, & patientiæ reddit imi-
 tatores, suaq; gratia perfundit, estq; illis vitæ pa-
 nis, vt viuant in æternum.

1. Cor. 11.

Ioan. 6.

INNVMERÀ ESSE COMMODA,
 quæ his deriuantur, qui debita præparatione
 admirabile eucharistiæ Sacramentū recipiūt,
 varijs asseritur figuris.



SECUNDO Regum. VI. Habita-
 tauit arca domini in domo Obededom
 Gethæi tribus mēsis, & benedixit do-
 minus Obededon & omnem domum eius. Idq; di-
 uino consilio factum est, vt intelligerent christiani

Innumere
 ex debite re-
 cepta eucha-
 ristia sequun-
 tur utilitas
 tes.

R. viri,

viri, quod si Obededom eiusq; domus ita large ac magnifice à Deo benedicatur, eò quod arcã secũ habuerit, quãto vberiore, maioreq; benedictione, & gratiarũ ampliore copia, benedicetur, qui nõ arcã illã lignẽã, sed Christũ diuinã sapiẽtiã, cœlestiũq; thesaurorũ arcã purissimã, è virgineis visceribus diuino spiritu opifice effectã in pectus suscepit à peccatorũ maculis purũ ac mundũ? Benedicens tur etenim ipsi, ac animi sui domus tota, nõ quidẽ tẽporanea benedictione tantũ, sed spiritali ac cœlesti. Sit ergo hæc christianorũ omnium cura, vt solerti se diligentia præparent, scq; ipsos probent, ne quid in illis sit diuinis infensum oculis, ne ve vlla peccati labe infecta consciẽtia sit, sed pura sint omnia, cãdida, nullis denigrata peccatis, tũcq; arcã hæc supernã hospicio suscipiãt, vt desiderãda hac benedictione fruãtur. Si id enim contigisse scimus Obededõ arcã, cur nõ certo certius scimus euẽturũ nobis re, quã arcã prædicebat. Viro Aegyptio eiusq; domui ad ingressum Ioseph, Labã eiusq; domui ad ingressum Iacob benedixit Deus. Ac rursum, propter prophetarum hospitium beneficia contulit viduẽ Sareptana, & mulieri Sunamiti. Quid ergo euenturum speramus his, qui prophetarum, dominum, & prophetas spiritu suo afflantem, ac sanctificantẽ mudo pectore suscipiunt? Quot gratiarũ dona, quot altissimarũ virtutum dotes, quot fluentia

Aduerte.
Gen. 31.
Ibi. 30.
3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

fluẽta cœlestia, quot benedictiones cõtinent illis. Que si oculis possint spectari corporis, nullus esset iudicio ita hebeti, qui nõ miraretur, tot, tãta, tã pretiosa, tamq; admirãda dona, eũ felicissimo diuini hospitis aduentu puris animis prouenire. Sed quid mirũ, quod splendor sit vbi sol est? quid mirũ, quod calor, vbi ignis? dispositio bona, vbi salus? odor suavis, vbi opobalsamũ? Dulcedo, vbi mel? diuinitas, vbi thesaurus? bona omnia, vbi Deus? cõtinent ista ei, qui in pectoris domicilium debita prius peccatorũ cõfessione & detestatione præparatum cœli suscipit dñm. Quis ergo inter nos erit animo ita læguido, & qui nulla cœlestiũ bonorũ cupiditate tãgatur, qui maioribus, quã quibus Loth & Abrahamã precibus angelos precati sunt, vt secũ diuertere velint, angelorũ autorẽ ac dñm non precetur (etiã si suã vilitatẽ agnoscat, & se tãto beneficio indignum fateatur) vt dignetur in pectus suũ descendere, siquidem nascendo stabulum, & præsepe nõ est dedignatus, nec viuens peccatorum commercium, nec Simonis conuiuium, nec Zachari hospitium. Præpara igitur homo frequenter confessione pectus, munda animum, obtestare obnixẽ Deum, vt amplius lauet te ab iniquitate tua: & à peccato tuo mundet te, vt ita te lauet, vt super nitem de alberis, vt peccata tua, quæ sunt sicut coecinum, pietate sua sicut lana alba fiant, vt inte fia

Gen. 19.]

Luc. 2.]

Luc. 6.
Luc. 19.

Psal. 50.

Esa. I.

Precaatio ad
recipiendum
Sacramentum

Ioan. 15.

dem excitet & augeat, spem leuet, charitatem
inflammet, ac sibi in te domicilium disponat &
ornet. Nullus siquidem (& si Salomone esset di-
tior & sapientior, qui templum erexit, cui omnia
omnium temporum aedificia cesserunt) potes est,
vt illi in se domicilium preparat. Disposito ergo
iam pectore, modo quo sanctissima, & aequissima
ecclesia Romana prescribit, inuitato dominum, di-
cito ei. Veni animorum refectio, veni cordium leu-
titia, veni in bar ethereum, veni laborantium quies
tristium solamen, errantium lumen, militantium
virtus, vincientium gloria. Veni dulcissime, suavis-
sime, amabilissime, gloriosissime Iesu, veni salus, ve-
ni vita, veni Deus, Deus veni. Ne despicias quod
condidisti, ne reicias, quem sanguine tuo parasti,
ne contemnas, quem pluris vita tua habuisti, siqui-
dem vt viueret ille, tu mortuus es, dominus pro ser-
uo, pro factura sua auctor, pro homine Deus. Veni
caelorum rex, & facito, quod terreni reges fas-
ciunt, tecum tua (vt sic dixerim) domus tuae orna-
menta ferto, & seraphinos, ac reliquos caelestes
choros tibi ministrantes, vt mihi opem ferant, ius-
beto. Qui rectius norunt, quali sis puritate suspi-
ciendus, qua veneratione tractandus. Ego enim ti-
bi domum Salomonis templo nobiliorem habere
cuperem, lectulum lectulo illius pretiosorem, thro-
num throno illius eburneo praestantior, & fers-
culum

culum non tantum de lignis Libani, cuius columna
essent argenteae reclinatorium aureum, ascensum
purpureum, media charitate constrata, vt fuit il-
lud Salomonis, sed rebus, quae illis significaban-
tur, quae tibi longe gratiores & pretiosiores sunt,
vitae (in quam) incorruptione, argenteo animi can-
dore, pudoris purpura, sapientiae auro & chari-
tate, quam ita amas, vt charitatem te esse dixeris
& meritissimam. Veni, & Magdalena spiritum, Mar-
tha mihi sollicitudinem concede, vt feruida illa me-
te, & cupidissima grata tibi in omnibus curandi,
qua te exceperunt, excipiam. Et concede, vt eum
Magdalena secus tuos pedes pendens ab ore tuo
sedeam, & cum Martha erga plurima tibi iucun-
da solaciter. Cum veneris tamen o Iesu, culpa mea
non recedat. Quid enim faciet sine sole dies? quid
sine vita animus? quid homo miserandus sine suo
cibo ac potu? sine nuptiali sua veste? sine ignito
suo auro? sine gaudio? sine luce? sine vita? sine
Deo? o vtinam cum recedis o Deus, tecum resisset
animus. Quid enim sine animo suo quis acturus?
Versabitur in tenebris recedente sole, cruciabitur
dolore recedente gaudio, moerore conficietur res-
cedente letitia, in amaritudine erit suauitate res-
cedente, in angustia, recedente eo, qui dilatat cor-
da, in squalore & paupertate, recedente caeli diui-
te, in fame, cibo illi caelesti deficiente, in miseranda

Cant. 3.

Luc. 10.

auditate, cum Christum exuerit. In lamentabili so-
 litudine cum Christum noluerit sociū. Quot affli-
 getur morbis, qui sanitatem expulit. Quā lacry-
 mabili morte torquetur, qui tali se vita orbauit.
 Quā eruat illi omnia tenebrosa, tristia, horroris
 plena, molesta, graui, inuisa, suspecta. Ipsa erit ir-
 requieta quies, cibus insipidus, amarus potus. Mife-
 rā animā tristem, solam, nudam, egenā, desolatā,
 horridam, lugubrem, relictam sicut tugurium in
 cucumerario. O quot, si plures essent Hieremie,
 threnos nūc essent ædituri videntes toties euersam
 Hierusalem, toties profanatum templum, toties
 in peccati captiuitatem ductos suos. Cum anima
 se, non Iacob, non Ioseph, non Heliam, non Helis-
 feum, non Angelos, sed Patriarcharum, Prophe-
 tarum ac Angelorum dominum hospicio excepisse
 viderit leta, iucunda, gaudio gestiens, & præ
 magnitudine beneficij ebria, ac communi alienata
 sensu in laudes erumpat, ac dicat. Cuperem Iesu
 a Angelorum mihi intellectum, vt beneficij magnitu-
 dinem quo me indignissimam prosequutus es, in-
 telligerem exactius, & quanta sit potestas, maiesta-
 stas, sapientia & bonitas illius, qui homuncionem
 sedem sibi fecit, cui cœli cœlorum angustissima se-
 des sunt, condidisti me Deus ex nihilo. Quod
 nunquam philosophorum præstantissima ingenia
 assequi potuerunt, nec posse fieri iudicarunt, vtq;
 & tibi

Diuinus 21
 mor.

& tibi esse astrictior, & mutuo amore diligerer-
 ret, vt solent quæ similia sunt, tecumq; gauderem, Gen. 1.
 vt faciunt similia similibus. Ad imaginem me ex-
 pressisti tuam, sed decorem illum mirabilem, &
 pulchritū linem ipsis angelis iucundam deformas-
 uit peccato suo Adam. Quam vt formares iterum.
 Deus, ac in pristinam venustatem restitueres, qui
 hominem ad tuam similitudinem expresseras, te Philip. 3.
 ad hominum similitudinem effinxisti, in similis-
 tudinem hominum factus habitu inuentus vt ho-
 mo. Neq; his inexhausta tua bonitas contenta est,
 & inexplicabilis amor, sed cum pluribus posses
 modis & nostras maculas abstergere, & infir-
 mitatibus mederi, & e captiuitate eruere, &
 tibi gratos reddere, ille tibi maximè placuit, qui
 tibi maximè laboriosus ac difficilis fuit, & nos
 his vtilis magis ac honorificus. Mori dignatus
 es, vt vitam peccato nostro amissam inculpata
 tua morte recuperarem, sicq; nos patre reu-
 conciliares, pax nostra fieres, & e filijs iræ,
 & gehennæ, filios gratiæ, & gloriæ efficeres.
 Cumq; iam humana mens nec maiora capere poss-
 set, nec desiderare plura, sed beneficiorum pelago
 iaceret absorpta, memoriam fecisti mirabilium
 tuorum misericors, & miserator dominus, escam Psal. 110.
 dedisti timentibus te, escam angelorū, panē vitæ,
 manna de cœlo, carnē tuam in verum cibū, sangui-
 nem

nem in verum potū, His iam beneficijs ita in gētia
 bus & innumeris quæ pares poterūt agi gratiæ?
 Impares enim essent, si ab omnibus angelorum ag
 gminibus in caelis agerentur, & in terris ab omni
 bus, qui auram captant. Quid ergo faciet pusillus
 homo, ingenio tardus, lingua mutus, ad labendum
 tantum idoneus? Gratiarum minuta duo tibi offe
 ret, qui honorum nostrorum non eges, qui animos
 audis vt linguas, qui eorum munera spectas? Tibi
 ergo infantili mea lingua benedico, te laudo, te
 glorifico, tuam maiestatem tremens adoro, qui in
 vasculo meo non gemmeo, non aureo, non argens
 teo, sed fictili & testaceo, tuū infundere dignatus
 es rorem, Te prædico, te extollo, te magnifico, qui
 in arca mea non ex lignis Sethim deaurata intus,
 & foris auro purissimo, sed lignea, & à carie cor
 rosa mâna tuū deponi voluisti. Tibi hymnos cano,
 te laudibus effero, qui in templo meo, tugurio po
 tius quàm Salomonis templo simili, foederis ara
 cam, te scilicet, qui nos patri reconcilias, seruari
 voluisti, iterum in Bethlehemiticum stabulum res
 diens, ac te in præsepe reclinans. Da Iesu, vt mēs,
 lingua, vitæq; mea gratiarum tibi perpetua sint
 actio, ita vt nihil cogitet mens, sonet lingua, os
 perentur manus, quod in laudem gloriâ tuam
 non cedat, qui ita iubes. Empti estis pretio mas
 gno, & iam nō estis vestri, glorificate & portate

Deum

1. Cor. 6.

Deum in vestro mortali corpore, luceat lux ves
 tra coram hominibus, vt videant vestra bona ope
 ra, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.

Matth. 5.

EXPECTANT INDIGNE SACRA
 menta ministrantes magna supplicia, id osten
 ditur in punitione Nadab & Abiud.



EVIT. X. Nadab & A
 biud Aaron filij, cō quod arre
 ptis thuribulis obtulissent ignē
 alienum domino, quod eis præ
 ceptum non erat, protinus vlt
 ricem Dei manum senserunt,
 subitaq; morte puniti sunt, sicq; mulctata est iuxta
 veteris legis ritus & ceremonias irreuerentia, &
 inconsiderata quædam celeritas ac præcipitatio.
 Vt noue legis adorandiq; sacrificij oblatores intel
 ligant, quanta animi puritate, quanta reuerentia
 (ita vt animi pietas splendeat in vultu, in aspectu
 bus, in corporis motu) sit versandum circa sacrifi
 cium, cuius mera vmbra antiquæ legis sacrificia
 fuerunt, cum in illos tam acriter fuerit animaduers
 sum. Perpendant ergo nunc, secumq; assidue cogi
 tent, quibus supplicijs digni illi sint, qui consuetu
 dine potius quàm deuotione altare adeunt, & ho
 stiam offerunt, non bouem, non taurum, non agnū

Poenę indig
 ne sacra
 ministrantiū

R. 5 non

non hœdum, non turturē aut columbam, sed Deum
ipsum, quem illa varijs modis prædicebant. Qui
inter illa mysteria versantur ita expertes dulcedi-
nis ac suauitatis, quibus omnia plena sunt, vt si in-
ter odores versarentur olfactu carentes, inter col-
lores carentes oculis, inter harmonias surdi, qui illa
tanta peragunt celeritate, tali tamq̃; irreueren-
ti corporū gyro, vt dicat, eos pensum aliquod sola-
uere, aut extimare illos se gratiores Deo futuros
non quod honorificentius & deuotius illa faciunt,
sed quod citius ab illis se expediūt. Hos expectant
grauissimæ poenæ, horrenda supplicia, etiã si nunc
eos diuina bonitas ad poenitentiam inuitat.

Rom. 2.

QVAM SIT AETerno PATRI
gratum æterni filij sacrificium, multis fuit
præstensum figuris.



Gratissimū
æterno patri
sacrificiū fi-
lius.
Ge .8.

VERVNT Piorum homi-
num sacrificia accepta Deo,
vnde cum, finita generali illa
orbis inūdatione, Noe gratias
Deo agens sacrificium obtulisset,
& quod illum superstitem
seruasset ex tam innumerabili multitudine,
quam absorberat aqua, & quod æquissima illius in huius
manu genus ira cessasset iam, inquit scriptura,
quod

quod odoratus est dñs odorem suauitatis. Cumq̃; Ibi. 4.
vir inculpatus Abel sinceritate illa animi, vitæq̃;
candore, quo gratus Deo erat, de opimo gregis se-
cisset sacrificium, respexit, inquit, dñs ad Abel &
manera eius, quæ erant de opimis sui gregis. Gras-
tum etiam habuit Abrahami sacrificium, cum pro Ibi. 22.
Isac filio sibi charissimo, quem libenti animo sacri-
ficatum ibat, arietem inter vepres cornibus hæren-
tem obtulit. Sic etiam igne cœlitus emisso ad cons-
crem in lam oblationem, quam offerebat David, 2. Reg. 24.
testatus est, illam sibi gratam. Quod si grata fue-
re huiusmodi sacrificia, quæ æterni ineffabilisq̃; sa-
crificij extiterit vmbra quædam & imago, quanti
acceptius, quanto gratius futurum extimamus
sacrificium, quo patri offertur filius vnigenitus, Mat. 3.
in quo sibi bene complacuit? quem ipse misit in
mundum propitiationem pro peccatis nostris, qui
vnus totius humani generis est reconciliatio, qui, Rom. 3.
non finito diluuiō vt Noe, sed vt finiretur peccato-
rum diluuium, quo totus inundabat mundus,
(erant enim omnia inclusa sub peccato, ac filij iræ Eph. 2.
omnes) se se obtulit? Qui non de opimis gregis
vt Abel, Seraphinos, inquam, ac Cherubinos, qui Gen. 4.
gregum ipsius opima erant, patri obtulit, sed
seipsum agnum sine macula, ac omnium, quæ
in cœlo & in terra sunt, vnicum pastorem.
Per quem, & in quo omnia, & sine quo nihil.

Qui

Gen. 22.

Qui non arietem vt Abraham, neq; filium, quem animo iam sacrificarat, & in quo summè placuit Deo, sed se ipsum, Dei filium, heredem vnuerſorum, per quem fecit & secula, vt purgationē peccatorum faceret, vt nos sanguine suo ablueret, vt mundaret sibi populum acceptabilem, vt inimicis solueret, fieretq; nobis iustitia et sanctificatio, obtulit, summus ipse sacerdos, & summa hostia. Placuitq; tantum eterno parenti oblatio ista, vt omne odium, quod in homines æquissimè conceperat, deposuerit. Et quos gehēna filios primi Adams culpa fecerat, secundi mors gratiæ filios, gloriæ heredes fecerit. Ipse, inquit Paulus, spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei sumus, quod si filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Et Ioannes. Videte, quam tam dilectionem habuerit dominus, vt filij Dei nos minemur, & simus. Non fuit enim sicut delictum ita & donum. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit.

Rom. 8. c.

Vult tamen, vt, qui gloriantur se patrem habere Abraham, Abrahæ opera faciant, & seruiant, ac timeant, qui eum appellant dominum, ament, suscipiant, & obsequantur, qui patrem. Vt non abutantur, sed vtantur tanta indulgentia.

I. Ioan. 3. a.

Rom. 5.

Ioan. 8.

Malach. I.

CHRIS

CHRISTI CONVIVIUM, IN AMPLISSIMO Assueri conuiuio fuit præmonstratum.



ESTER. I. Assuerus rex, & potentie sublimitate, & diuitiarum magnitudine, plus ribusq; alijs, de quibus speciatim dicemus Christum præsignauit. Data enim Christo est, omnis potestas in caelo & in terra. Per ipsum omnia facta sunt, omniaq; verbo virtutis suæ porat, diuitiarum etiam magnitudine. Nam vt ipse inquit, quæcunq; pater habet, mea sunt, cum tamen pater ita sit diues, vt caeli, terræq; dominus ipse sit, & manum suam aperiendo illa benedictione impleat. Fecit autem Assuerus rex græde conuiuium principibus suis, & pueris, fortissimis, inelytis, & præfectis prouinciarum. Quod fecit tamen rex iste ad pompam & luxum, & ad diuitiarum suarum ostentationem, fecit spiritualiter Christus ostendens diuitias gratiæ suæ, easq; ineffabili misericordia in humanum genus dispensans & effundens. Grande enim & plusquam regium conuiuium fuit, & quod cælestes omnes hierarchias posset habere conuiuas. Conuiuium, vbi sanctissima Christi caro cibus fuit, sanguis illius pretiosissimus

Christi conuiuium.
Ioan. I.
Heb. I.

mus

mus potius, dapes reliquæ ex cœlesti illius scriptura confectæ, quæ omnem & saporem, & suauitatem in se haberent, omniq; Christiano palato essent gratissimæ. Fecit tamen hoc principibus & pueris suis, a postolis omnibus, & his, qui corde puro & simplici sunt, seq; ad puerorum puritatem & innocentiam conuerterunt, fortissimis etiam his, inquam, qui se pro Christo vicerunt. Nec enim, laus aut victoria vlla pretiosior est, & gloriosior ea, quæ quis seipsum subdit ac vincit. Melior enim est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Rursum inclytis, ut sunt omnes illi, quos ad tantam dignitatem euexit pro sua clementia Deus, ut filij sui nominentur, & sint. Extiteret etiam conuiuiæ prouinciarum præfecti, qui Ecclesiæ prælatos præfagebant. Deniq; ad Christi regis potētissimi & sanctissimi conuiuium, non est qui non inuitetur, siue Barbarus is sit, siue Scythæ, siue seruus, siue liber, tanta est inuitantis maiestas, & amplitudo, tantus conuiuij apparatus & opulentia. Dummodo veterem exuendo hominem nouum induat, dummodo seipsum probet, & es animi puritate, eo fidei seruore accedat, ut qui vitæ cibus est, non sit illi culpa sua mortis.

DEVO

DEVOTIO ET LAETITIA QUAM habiturus est Christianus populus in Eucharisitiæ sacramentum, præsignata fuit in letitia Dauidis regis coram arca.



ECVNDQ REG. VI.

Cum Dauid inclytus per omnia rex letitia gestiēs coram fœderis arca saltaret, sic Michol illius vxor & Saulis fratula illū est alloquuta. Quam gloriosus est hodie rex Israël discooperiens se ante ancillas seruatorum suorum, & nudatus est quasi vnus de scurris. Altissima quadam mentis confideratione dignum est hoc. Quanta animi modēstia regius vates Dauid diuina seruabat munera, omnē animi tumorem reprimens. Quem enim non extulisset; eleuassetq; maxime leonum dentes cōminuisset; vrsos discerpisset; immanē cunctisq; timēdum gigantē lapidis ictu prostrasset; numerosa ex Alyphylis præputia retulisset? Ac tandem, per varios casus, per tot discrimina rerum, nobilissimo tunc Israëlitarū regno potitus est. Sed tamē gloriosior internis, quam externis victorijs, & prius se subiiciendo, quam alios, cuncta Deo honorū omnium auctori tribuit, seq; ab illo accepisse gloriatur, & excelsa quadā humilitate se corā illius arca demittit, agnosces lōgē gloriosius esse submittere se coram

Letitia christiani populi in festis eucharistie diebus.

I. Reg. 17.
I. Reg. 18.
I. Reg. 16.

Deo,

ingentio rationeque valent, qui literis, scientiaque sua Ecclesiae edificationi prodesse possent, quique merito appellantur homines, sed eos etiam, qui sensu tardiores essent, vel minus spirituales, qui Euangelio obtemperantes, & prepositorum suorum iussa sequentes dorsum mentis inclinarent ad portanda onera fraternae necessitatis. Prioris conditionis fuisse diuini illi cruditissimi, Dionysius Areopagita, Lactantius Firmianus, grauisimus inter doctores Augustinus, alijque his similes, qui numerari minime possunt. Posterioris vero, multitudo illa credentium, cuius erat cor unum & anima una, & innumerae multitudines, quae illius vestigia sequentes, mutuis officijs se iuuabant. Quin, etsi ingenij viribus non pollebant, flagrabant tamen desiderio iuuandi miseros, obediendique maioribus, quorum voluntati se, & sua omnia subiciebant. Horum autem numerus in memoria Dei aeterna scriptus est, quemadmodum & aliorum, qui eos sapientia praecellebant. Omnium enim saluator extitit Christus, & omnes facientes, quae praescribit ipse, siue sapientes sint, siue insipientes, vitam visunt aeternam. Qui ex hac Hierusalem

resfri, in quam fuerant e Babylone educi, in caelestem transferentur.

(?)

INVL

INVIDIA IYDAICI POPVLI IN Christum, illiusque odium execrabile, in odio Caini in Abelem.



EN. IIII. Adam ex Eva duos habuit filios moribus diuersissimos, Cain virum sanguinum, inuidum & sceleratum, & Abel inculpatum & innocuum, & Deo gratissimum,

quem ira excandens Cain, inuidiaque impulsus gladio transfixit, cuius sanguinis Deus vindicem extitit, qui dixit, mihi vindictam, & ego retribuam. In quibus nostrae religionis mysteria admiranda praesignata fuisse. Adam enim humani generis parens, Deum adumbravit vniuersae creaturae conditorem, qui synagogam sicut velut sponsam sibi charissimam, e qua charum habuit filium Israeliticum scilicet populum, quem filium suum primogenitum ipse appellauit, inquitens. Filius meus primogenitus Israel. Habuit etiam & Christum verum Abel, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, qui non agnos, quod fecit primus ille, in sacrificium obtulit, sed carnem agni mansuetissimi & immaculati, cuius sanguine redemptus est mundus. Quod manus respexit amore summo supremus pater, ita ut illo indignatione in genus

Christus hostia pii gratissima.

Rom. 12.

Exod. 4.
1. Pet. 2.

S 2 humanum

humanum conceptam deposuerit. Cain autem, id est Iudeorum ingratus populus, cum ferre non posset Christi vitam purissimam, doctrinam mirabilem, inauditam in ædendis miraculis virtutem, nominis splendorem, qui hisce rebus parabatur, illi dira quadam agitata inuidia crudeli quodam mortis genere vitam abstulit. Unde Cain similes poenas luens, vagus & profugus est, nullibi certam habens sedem, sed indies commissi sceleris poenas soluens maiores.

VOCATIO GENTIVM ET POPULI ISRAËLITICI OB SUA SCELERA REPUDIATIO, IN VELLERE & ARCA COELESTI RORE COMPLUTA.



VDICVM XIII. Postulavit Gedeon, vt certior redderetur eorum, quæ illi promittebantur. Imprimis, vt coelesti rore vellus perfunderetur, tota terra sicca permanente, postea tamen vt humectaretur terra, & solium vellus rore careret. In typum, quod Israheliticus populus quondam gratia suffunderetur diuina, vt vellus rore, qui vellus non improprie dicitur, cum dicatur ouis. Erant enim illis credita eloquia Dei, erat populus, qui sciebat inuoluntatem,

Rom. 3.

nem, populus, quem dominus erudierat, docueratq; de lege sua, populus, cui primum fuerat annuntiantium euangelium, quod coelestis ac diuinus rores erat. Quia vero Christum in propria venientem sui non receperunt, obsurdueruntq; ad illius voces, sicco manente vellere, coelesti illo rore terra est perfusa. Quod illis euenturum minabatur Christus, auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. Terra (inquam) id est, Gentilicus populus, qui nunquam fuerat sacris assuetus, nec diuina instructus lege, spiritalia dona assequutus est, Euangelijq; rorem imbibit, Euangelio auscultans. Positumq; est desertum in stagna aquarum, & terra sine aqua in exitu aquarum: indomitusq; pullus oneri ac iugo idoneus factus utrumq; sponte subijt, & onus leue, & iugum suauic, quibus ingrata & rebellis multitudo Israhelitarum ob scelera in Deum commissa, & perfidam impietatem priuata est. De qua, cum quereretur Christus, sceleratoq; populo duritiam & perfidiam improperaret, ita dicebat. Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur via non bona. Et sic adimpletum est vaticinium, vocabo non plebem meam plebem meam, & ipsa dicet, Deus meus est tu. Et illud, quia vos iudicatis indignos aeternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus, & Iacob

Mat. 21.

Esai. 65.

Job filius natu minor, qui praesignavit Gentes, Esau praecepit benedictionem, qui Israel fuit figura. Ac ita sicco vellere populi Israelitici ob caecas ac saevas illorum mentes, divinae gratiae diuinaeque doctrinae superno rore perfusa est Gentium aera.

QVI PERFECTI CHRISTIANI sunt & grati Deo, qui imperfecti & ingrati, mundorum & immundorum animantium discrimine signatur.



Tertu. de ci
bis Iudaicis

Isidor. hisp.
in Leuit.
Theodre.

AEVIT. XI. Munda Deus appellat animalia, & quae comedere liceat, ea omnia: quae diuidunt vngulam, & ruminant: his verbis. Loquutus est dominus ad Moysen & Aasaron, dicens. Dicite filiis Israel, haec sunt animalia, quae comedere debetis de cunctis animalibus terrae, omne, quod diuisam habet vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. Quo praecipito typice nobis significauit, homines illo iudicio, illa resrum vera cognitione praeditos esse debere, quae diuidere nouerit iusta ab iniustis, bona a malis, vtilia a nociuis, vt ea cupiant, quae recta sint, fugiantque praua, & quod qui huiusmodi sunt, vere munda animalia.

animalia dici possent & merentur, utpote quae mundis sint moribus, mundique vita. Significauit praeterea viuendum esse, non praesenti vitae tantum, sed etiam futurae, & vngulam ita diuidere, vt vtriusque curam iuxta diuinam voluntatem habeamus, ne ita praesenti simus intenti, vt obliuiscamur futurae, aut ita futurae, vt praesenti necessaria subtrahamus, & sine quibus durare non poterit.

Quod praestabimus, si (iuxta Pauli doctrinam) habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, & mores nostrae sint sine auaritia, contenti praesentibus, ac qui habent uxores tanquam non habentes sint, qui possident, tanquam non possident, & tanquam aduenae & peregrini abstineamus. Qui huiusmodi sunt, munda sunt, & habent diuisam vngulam, & ruminant quidem, vt ovis, ac similia animalia cibum, ita ipsi diuinam ruminant legem, quod mire praestitit regius ille vates, qui inquit. Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. Ac iterum. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos. Ac rursus Lex tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuae. quin & beatum cum pronuntiat, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit, sed in lege domini voluntas eius, & in ea meditabitur die ac nocte. Ac iterum. Beati,

Viuendū &
praesenti vi
tae & future

I. Thim. 6.
Hebr. 13.
I. Cor. 7.

Psal. 118.

Pſalm. I.

ti, qui ſcrutantur testimonia eius, & toto corde exquirunt eum. Quemadmodum autem inter animalia quædam diuiſas habent vngulas, & cibum repetunt, quædam neutrum, velut equus, mulus, & aſinus, alia alterum, vt camellus, & lepus, quæ non ruminant, diſunctam tamen & diuiſam habent vngulam, & priora illa munda ſunt, reliqua vero immunda: ita & homines varij ſunt hiſce animalibus præſignati, perfecti, qui, quo expliciti cuius modo, diuidunt vngulam, & ruminant, imperfecti, qui equis, mulis, & aſinis ſimiles, vera rerum extimatione præditi non ſunt. Et ita præſenti vitæ viuunt, ac ſi futuræ nullam ſpem haberent, ita corporis curam habent, ac ſi non haberent animum, ita diuitias curant, honores ambiunt, delicias amant, ac ſi fallax hæc vita certa eſſet, & duratura perpetuo, quæ vapori ac nebule ſimilis citiſſimè euaneſcet, habentes exteriora (vt bene quidam dixit) hominis, interiora fera. Ac velut dicentes domino. Recede à nobis (ita illorum eſt obſtinata mens) ſcientiam viarum tuarum nolamus. Idq; vt turpius viuant, & audas eius peccent, alij ruminare videntur, cum vngulam non diuidant, vt qui voce tenuis diuina pronuntiant eloquia, ac de eis longas habent orationes, cum ſint tamen magniloqui lingua ocioſa eſt manus, cumq; alijs onera imponant, digito

Eſai. 30.

ca. l. n

ea tangere nolunt, ac deniq; cum gloriæntur in lege, per præuaricationem legis Deum inhonorant de quibus ore prophetico queſtus Deus, ait: quare tu enarras iuſtitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Alij diuidunt, & non ruminant, vt quidam, qui cum natura ſua ſint miſericordes, aliena calamitatis & miſeriæ compatiuntur, cum natura ſua mites, iniurijs non prouocantur, cum natura ſua temperati, cibos non curant, ac deniq; qui propenſione potius quam iudicio faciunt bona queſpiam, in reliquis deficientes. Et hi omnes immunda animalia ſunt, cū impure viuant, & diuino indigna palato, de quibus ferè innumeras rabilis grex, tot enim ſunt, quot ſpatioſam viam ingrediuntur, quos multos eſſe euangelicus affirmat ſermo. De mundis vero, qui ingrediuntur ſine macula, & operantur iuſtitiam, perq; arctam incedunt viam, pauci, vt idem aſſerit ſermo.

Matth. 23.
Rom. 2.

Pſalm. 49.

Matth. 9.

CHRISTIANORVM MORES
quales eſſe debeant, vt accepti Deo ſint, in piſcibus & prohibitis & permiſiſis.

LEUIT. XI. Cum leges perſcriberet Deus, quibus populo ſuo ſignificabat, quæ animalia ex aquatilibus comedere liceret, dixit. Hæc ſunt, quæ gignuntur in aqua, & veſci licitū

Tert. liſa. es
piſc. de. cib.
ind.
Iſidor. hiſp.
in leuit.
Chriſtiano-
rum mores.

S 5 eſt,

est, omne quod habet pennulas & squammas. *Et.*
 Quæ autē huiusmodi sunt, aquis supernatāt. quæ
 vero non sunt, deorsum humi & in cœno volutan-
 tur. Quo typo mire expressit, mūdōs illos esse ho-
 mines, qui animū ad terrena nō appellunt, qui sur-
 sum habent corda, quorū conuersatio in coelis, qui
 inibi thesaurizant, & pro eo anhelant, qui intellis-
 gentes se hic nō habere permanentē ciuitatē futu-
 rā inquirunt, qui deniq; in omnibus Deū querunt,
 & curā suam super dominum iactarunt sæculi as-
 quis supernatātes. Quibus squamma fides est, qua
 omnes circumtectos vult Paulus, in omnibus sumēs
 tes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissi-
 mi ignea extinguere. Pennæ aut pinnule diuis-
 nus fauor ac gratia, qua, vt præstet, quæ diximus,
 illis Deus opitulatur, animūq; leuat, vt supernas-
 tare possint, ne mūdi ac diuitiarū solitudinæ susci-
 pientur. Quis tam erit stupidus mente, qui pennis
 his præditos non agnoscat sanctos apostolos? In-
 uictos martyres, rigidos cōfessores, doctores præ-
 claros, floridas virgines, ac sanctos omnes, qui or-
 ptato cœlo potiuntur? qui mentibus ita celsis infir-
 ma fortune bona cōtempserunt, & firma ac æter-
 na innumeris periculis superatis fuerunt assequi-
 titi? Qui his pennulis cruciatus, supplicia, exilia,
 proscriptiones & alios sine numero labores, qui
 rapidissimi fluminis instar impetū faciebāt in illos,
 super-

Philip. 3.
 Matth. 6.
 Heb. 3.
 Psalm. 54.
 Ephe. 6. 9

supernatantes superarunt? Immūda ac polluta ap-
 pellat illa, quæ pennulas & squammas non habet,
 significans: immundos ac impuros, & diuino cons-
 pectu indignos illos esse homines, qui carni sunt,
 molles, ac in voluptates lubrici, velut anguillæ: &
 qui humi ac cœno reptāt, nihil per eum & immor-
 tale cogitantes, terrenis humanisq; rebus adherē-
 tes, dimittentes se se ad infima & vilia, & huma-
 na nobilitate indigna, quibus Deus venter, auari-
 tia simulacrum, squamma id est fide viuā ac for-
 mata sua culpa carentes, diuini fauoris pennis,
 quo in superna erigimur ac subleuamur. Quod si
 de ijs intellecta ista velis, qui nunquam ad Christi
 optimi maximi fidē conuersi sunt, sed perstant in
 sua perfidia, dices squammam fidem esse quo mo-
 do cunq; acceptam, carent siquidem dono hoc cœ-
 lesti miseri omnes, quotquot Christi dictis fidē nō
 habuerunt, & indigni sunt ipsi, moresq; sui ac ris-
 tus nō qui comedantur tantū, verū qui tangantur.

Philip. 3.
 Colo. 3.

CHRISTIANORVM VITA
 quā debet esse frugalis modico cōtēta, & ad ad-
 uersa quæq; parata, præsignatur in apparas-
 tu perscripto à Deo, vt comederetur agnus.

EX O. XII. Comesturis Israelitis agnum
 hic comedendū ordo ac modus à Deo præ-
 scribitur,

Christianos
rum vitafu-
galis.
Emissen. de
vit. Moif.

eribitur. in primis, ut calceatos habeant pedes, praecinctas vestes, ne defluat in manibus baculos, utque festinanter agnum comedant igni assum, atque ut id, quod non possent comedere, quia offeum, igni traderent. Cuius nucis si nucleum, id est spirituale sensum comedere velimus, qui sub caeremonijs illis tanquam sub cortice latet: frangamus corticem oportet, id siquidem caelestis intendebat spiritus, cum tam accurate tot illis seruanda proponebat in agni esu. Appellata est ergo Phasē, id est transitus comestio illa, ut intelligamus, transitum et breuissimum esse vitam nostram. Nam postquam eam ingressi sumus, necessitate quadam ad exitum compellimur. Nec alia de causa diuini scriptores nunc hospites, nunc peregrinos homines appellant, nisi quod via quaedam breuis hominum vita sit. Vnde et sapiens in sera illa et intempestiua peccatorum confessio ne vitam illiusque bene fortunatos euctus sagittam neruo missam, vmbra citissime euanescentem, nuntium cellerrime praeteruentem nuncupabat, quibus vita via esse, et breuissima ostenditur. Et Iacobus, vaporem momento euanescentem esse, dixit. Ad hanc autem transigendam nos vult toto illorum apparatu praeditos, ita ut habeamus pedes calciatos, ne offendamur aut ledamur spinis, quae innumeræ nobis in hoc itinere obiciuntur, spinas enim veritatis magister diuitias earumque cupiditas

1. Petr. 2.

Sap. 5.

Iacob. 4.

Diuitiae spiritus
nr,

tem

tem ac sollicitudinem nuncupat, quae, nisi calciati incedamus, non pungere tantum solent, verum periculose vulnerare. Calcei autem sunt vita contenti, tenuis, modicoque contenta. Id Paulus, sint mores sine avaritia, contenti praesentibus. Et iterum, Haud dubium, quia nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre quid poterimus. Haec fragilis ac terribilis huiusmodi spinarum acumina, cum minime sollicita sit quid manducabit, quid bibet, aut quo operietur, sed primum regnum Dei quaerat, fidens reliqua, pro ut illi fuerint magis vtilia, adicienda. Cumque hoc modo contemnendo ea calcet, non leditur, cupiditas siquidem nisi pareat, imperat. Praeterea vestem praecinctam vult. Quod viatorum est proprium, nam si ad talos vestem permittant defluere, impedimento illis erit. Vnde Paulus, non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut orbati concupiscentiis eius. Iterum, qui in carne sunt, deo placere non possunt: Impedimento (inquam) illis erit: ut ea quae debent celeritate iter peragant. Illa etiam praecipione, ne voluptuosa ac in vitia defluens vita esset, hortabatur nihil enim huic incedere viae magis perniciosum. Vnde Paulus, mortificate membra vestra quae sunt super terram, et idem, si spiritu viuimus, spiritu et ambulamus. Est autem cingulus, quo stringenda vita est, modestia, diligensque ac temperata viuendi ratio, quae nos mo-

Math. 13.

Heb. 13.
1. Tim. 6.
Cupiditas
peranda.

Rom. 6.
Ibi. 8.

Colo. 3.
Galat. 6.

net

Spes vitæ
baculus.

net ac facit, vt rebus creatis ad necessitatem: non ad delicias & voluptates vtamur. Quod autem cingulus pro modestia capi debeat, vel illæ corporis partes, quæ cinguntur, testimonio sunt. Vnde Mathæus: sint lumbi vestri præcincti. &c. Baculus huic via necessarius, quicq; nunquam manibus linguendus est, vt & illi innitatur, & abijciamus feras, spes est. Hac ad laboris inducimur, hac ieiunia conuiujs, cilicia purpure, lachrymas chachinnis præfecimus, hac innixi difficilia quæq; ac laboriosa subimus, & ad carceres, tormenta & supplicia inuis gaudentes, quæ sunt salebrosa huius viæ loca, hac immanes vitiorum feras, quæ nos in hoc itinere aggrediuntur, inq; nos insurgunt, arcemus & abijctimus. Est autem comedendus agnus, non coctus aqua, sed igni assus, quoniam fides ardentissima esse debet, nihil humilium, labile, ac fluens possidens, sed firma & stabilis. Ex illaq; comedenda sunt, quæ vt cūq; intellectu capi possunt, vt sunt illa, quod Deus sit, quod sit vnus, rerū omnium in se perfectiones cōtinens. Quæ autem ossæ sunt ac duriora, vt in fide sūt plurima, igni, id est spiritui sancto totius veritatis magistro, qui Dei profunda inuestigat & scit, sūt relinquenda. Familiare enim scripturæ est, ignis nomine diuinum spiritum appellare. Si enim ista hac animi modesta submissione tractamus, fiet iuxta sapientis sententiā, ne opprimamur gloria, quod

quod illius scrutatoribus euenire asserit sapiēs. Id etiam significat festinatio illa, ne diu in illarum rerum examine immoremur nostro ea metientes iudicio. His præsijs feliciter via peragitur, hosti tesq; in cœlum præparatum illis ab æterno tabernaculum late recipiuntur, peregrini in supernam ciuitatem, quam inquirebant, & viæ laboribus fessi in perpetuam quietem. Tunc calecos exuunt, cū non spinarum sed diuinarum florum locus sit ille amœnissimus. Tunc missum faciūt cingulum, quia nihil in illis est, quod eo egcat. Baculum relinquūt, vt qui fruuntur rebus suauissimis, quas sperabant, aperteq; contemplantur, quæ hic sub fidei velo credebant. Neq; enim (vt compertissimum est) in patria, quæ diximus, necessaria sunt. Quāto tunc illorum animi felicissimi suffundētur gaudio, cū pro momentaneis laboribus æterna illis donatur quies, pro ieiunijs satiātur, qui apparet gloria, pro siti anxietatibusq; alijs detorrente voluptatis potantur, ac deniq; quia Christum in laboribus conafessi sunt, eos coram patre confitetur, sociosq; ac participes consolationum facit, quia tribulationum fuerunt. Videas, queso, syncere Christianaq; lector, quam sit dulce velamen rebus aufere re Mosaicis, vt gratissima ac suauissima, quæ sub illo latent, mysteria contemplerur, pascamurq; granis illis pinguisimis ac sapidissimis, quæ tunicis spicas

Scrutatores
maiestatis
opprimuntur
a gloria.

spicarum illarum in nostram vtilitatem occultas
bantur.

CHRISTIANORVM CONVICTUS, consuetudo & vita qualis esse debeat, in
ranis, quæ, cum in domibus Aegyptiorū ebuls
erent, in domibus Israelitarum non inkenies
bantur.



Christianos
rum mores.
Emissen. de
vit Moif.

XOD. VIII. Aegyptio
rū obstinatos animos puniens
Deus, suamq; tremendā virtu
tem ac potentiam volens illis
manifestam facere, inter plas
gas, quas populo illi rebelli in
fluxit, immisit ranas de forine, loquax & molestū
animal, cuius saltus repens, aspectus deformis, os
dor insuavis, quod domos, mensas, lectulos, & lo
ca illorum omnia quantunuis semota & abdita
sordidabat, cum tamen Israelitarum domos nec tā
gerent quidem. Quo facto adumbratum expresse
est, immundam ranarum multitudinem eorum do
mos infestaturam, qui Aegyptiē, id est viciose ac
nequiter viuūt, rana enim loquaces sunt vitia, qui
bus quis infectus est, quæ illum iniquum ac impu
rum esse proclamant. Quid enim vitio loquatius
Quod vix perpetraveris, cum iam & nomē obscu
ret,

rat, illiusq; splendorem denigrat, teq; nomine suo
publice foedat, vt à turpitudine turpis, ab iniquita
te iniquus dicaris. Aspectu deformi, cum nihil dea
formius sit, quodq; oculis animi (si puri illi sint)
displiceat magis. Vnde quidā absq; Christo sapiens
aiebat, quod si posset illius horrenda facies, aspe
ctus deformis oculis spectari corporis, fugere
mus illud, non secus ac horrendum serpentem. Hu
mi repenti saltu, cum nihil deiectius, & vilius sit
vitio, quodq; è limo se attollat minus, hominē non
deprimenti tantum, verum deiecenti, inq; pecus
nam conditionem transformanti. Ranæ in mensis
eorum sunt, cum ibi ebrietas, ingluuies, inhonestas
ac detrahens sermo inueniantur. Sunt & in lectu
lis, cum ibi nihil purum, nihil castum aut honestum
cogitetur, aut fiat, sed foeda, inhonesta, & turpia
sint omnia. Adsunt & in locis abditis, cum illa quæ
rant ipsa, vt in caligine fiant, quæ digna sunt quæ
faciunt. Adsunt & in animi latebris, quas videt il
le, cuius oculis aperta sunt omnia, & hæc ex cora
rupto foetidoq; passionum cœno nascuntur, quæ
qui faciunt, & si natura homines sint, electione pe
cudes sunt. Et quid illis sordidus, cum pleriq; in
tantum vitiorum baratrum deuenerint, vt foeda
habeant in vasculis sculpta, in tabulis & parietis
bus depicta, ea quærant in confabulationibus, in li
bris quos euoluunt, in amicis quos falso amicitie
T nomine

Psal. 100.

nomine pararunt. Miseros homines, quos cum sanguine suo lauerit Christus, ita se sceleribus labefecerant. At in domibus eorum qui Israëlifice viuunt, nec inueniuntur, nec sonant huiusmodi horrida animalia, sed faciunt, quod se fecisse affirmat rex nobilissimus Dauid. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meae, non ponebam ante oculos meos rem iniustam. &c. Sed in eorum mensis temperantia inuenitur, agnoscunt enim se non viuere ut edant, sed edere ut uiuant. Atq; à Deo illis tantum querunt epulas, quae conseruandae uitae sufficiant, non quae corpus inescant, & impinguant. In lectulis honestas, in locis reconditis oratio. Est enim illis torus immaculatus, ipsiq; sibi venerabiles nihil cogitant, dicunt ac faciunt, quod non sit munditia puritateq; Christiana dignum, & oculis cuncta spectantis Dei. In animi abditi pietas & religio. Prae oculis semper habentibus, quod tenebrae non obscuratur à Deo & nox sicut dies illuminatur, quodq; ipse intelligit cogitationes de longe, semitam & suniculum inuestigat, ita ut virtutibus dediti omnibus ab omnibus uitis sint alienati, eorumq; uita pia, pura, & religio ni, quam profitentur, consona, mereq; Israëlifica. Quod si quispiam nunc in hanc mundi machinam inq; eius incolae, & habitatores conuertere uelit cum attentione oculos, ò quot uideat in hac nostra

Palestina

Palestina homines: quorum mores si contempletur in Aegypto dicat natos ac educatos, cum tam Aegyptiæ & nequiter uiuant, ac si eos unquam Moses eduxisset ex Aegypto. Quorum domus non raris tantum, uerum & muscis uideat plenas, cum iniquitatis & uanitatis quaedam sint officinae. Ibi scortationes foedissimae, obsceni sermones, uina exquisita, pretiosae epulae, ludi, choreae, inhonesta spectacula, blandae cantiones, & quidquid bruta haec nostrae compaginis pars cupit, ut brutescat magis & Aegyptia fiat. Nec in aedibus ita amplis locus possit reperiri, qui foedis his & horridis animalibus non sit refertus. Cessabant tamen Aegyptios affligere, & moriebantur: cum pro illis Moses in caelum extendebat manus, quod pro nobis fecit Christus uerus Moses, factus, ut inquit Paulus, pro nobis peccatum: ut de peccato damnaret peccatum, pendens, extendensq; in ligno manus, ut morte illa sua expansioneq; manuum peccata morerentur: quae in nobis uiuebant, nosq; uitam in illo recuperaremus, quam in Adamo amiseramus. Sed ut quod sufficientissime fecit ipse, efficaciter in nobis fiat, in illum uiuæ fidei oculos coniciamus, oportet, illiusq; sermonibus auscultemus, iustisq; ac praeceptis sanctissimis obediamus. Nam si secus fiat, praeter quam quod illius ineffabili munificentiae ingrati erimus, nobis inimici, Chris-

2. Cor. 5.

si in e vita permissi, renascantur rane, cetera
 raq; sax immundorum animalium, damnabilia
 murq; perpetuo, tanquam ij, qui clementissimo do
 mino, illiusq; inaudita pietate abusi fuerimus.

CHRISTIANORVM VITA VT
 debeat committere se se Deo suo ab illoq; pen
 dere, necessaria curae, superflua omittit, in
 collectione manna.

Christiano
 rā vita mor
 dico cōtā.
 Theod. in
 Exod.
 Augu. tom.
 Io.
 Emittē. dē
 vita Moit.



XOD. XVI. De man
 na cibo illo mirabili, quo
 Deus in deserto populum
 suum pavit. iubeantur collis
 gere israelitæ, quæ quotidia
 na exigebat indigētia. Quod

si qui, diuina spreta preceptione, colligebant plus
 in crastinumq; seruabant tanquam diuinæ bonita
 ti diffidentes, vertebatur manna in vermes. In ty
 sūm, quod Christianus populus de rebus ad vitæ
 vsum creatis illa tantum deberet parare, ac quere
 re, sine quibus comodè vita transigi non posset, in
 vili rerum superfluarum solitudine omissa, que
 premit & non iuuat, eiq; celestium rerum confide
 ratione animum in terrena hæc & infima demittit
 ac derijcit. Quod suos hortabatur Christus inquit.
 Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus,
 quid

Luc. 12.
 Matth. 6.

quid bibemus, aut quo operiemur? Nonne anima
 plus est quam esca, & corpus plus quam vestimen
 tum? respicite volatilia cœli, que nō semināt, neq;
 metant, nōq; congregant. Et cōcludit, sufficit diei
 malitia sua, de crastino igitur nō sitis solliciti. Hor
 tabatur etiam & vas illud electum, quod sua ipse
 sapiētia repleuerat, inquit. Sint mores sine au
 rita, contenti presentibus. Ac rursum. Haud du
 bium, quia nihil intulimus in hunc mundum, nec
 auferre quid possumus, quapropter alimenta har
 bentes & quibus tegamur, his cōtenti simus. Quod
 si qui contra faciunt (faciunt autem plurimi) in
 vermes nunc vertuntur inexplebilis cuiusdam sit
 tis ac cupiditatis, qui indies viuificatur magis, plu
 resq; fiunt, vertentur autem postea in vermes. De
 quibus Iacobus plena horrois oratione ita clas
 mat. Agite nunc diuites, plorate.

Heb. 13.

1. Tim. 6.

Iacob. 5.

QVAM DEBEAT ESSE FRE
 quens Christianorum pro æterna patria sus
 spiritum, quam iuge desiderium, in Mose è cas
 cumine montis terram promissionis salus
 tanti.



VM. XXVII. Moses procul à
 cacumine montis terram promissionis
 salutabat, in illa animo versans, quò cor

Christianorū
 pro æterna
 patria susp
 rium.

pore in illa versari non concedebatur. In typum,
 quod qui in rebus diuinis & sublimibus versaren-
 tur spiritui & non carni attendentes, coelestibus
 & non terrenis, infima hæc & imbecilla mundi bo-
 na excelsis animis aspernantes, ac tanquam in spe-
 cula stantes, sæpius essent dicturi. Quæ dilecta tas
 bernacula tua domine virtutum, concupiscit &
 deficit anima mea in atria domini. Sæpius dicturi,
 Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita des-
 siderat anima mea ad te Deus, pertæsi vitam
 hanc tot plenam miserijs, tot tentationum genes-
 ribus impetitam, tot periculis expositam. Vbi tot
 peruersa iudicia, tot præpostera rerum opinio-
 nes, & in qua mundus suos fouet, ac diligit, &
 eos, qui Dei sunt, capitali odio persequitur, ut sunt
 omnes, qui (spaciola perditionis viæ relicta) vira-
 tutis viam à tam paucis calcatam ingrediuntur.
 Hi via huius salebrosa (sic placet appellare mor-
 talium vitam) labores, anxietates, infortunia, pe-
 ricula & calamitates considerantes, & frequen-
 tes cum acerrimis animorum hostibus congressus,
 memores pacis, tranquillitatis ac gloriæ, quam in
 coelesti Palestina abscondit Deus diligentibus se,
 ad illam anhelant, pro illa suspirant, ac veluti in
 Babylone positi, ita loquuntur. Adhæreat ling-
 ua mea faucibus meis, si non meminero tui, si
 non proposuero Hierusalem in principio letitia

Psal. 41.

Ioan. 5.

Matth. 7.

Psal. 136.

mca

me. Et sic eam veluti è cacumine montis, è altissi-
 sima contemplatione Moyfi similes salutant: Mis-
 seros, quibus terræ animo tantopere gratæ nulla
 recordatio subest. Miseros, quos nulla tantæ felici-
 tatis cupiditas tangit, sed pecudibus similes: pro-
 ni terram, illiusq; misera bona spectant, vmbriq;
 bonorum contenti solida, firma, duraturaq; bona
 reijciunt. Qui similes puellis fragile vitium præfe-
 runt auro, eo quod illis propter breuem fulgos-
 rem magis placeat.

CORPOREO SOPITO APPETIS

tu, quedam oritur letitia animo, sed tunc per-
 fecta orietur, cum vita functus in extremo vi-
 ctor euaserit bello, in ortu Isaac præmons-
 tratur.



EN. XXI. Cum emors-
 tuum esset Abrahamo patriar-
 chæ sanctissimo corpus, cum-
 que Saræ fieri desissent mu-
 liebria, natus est Isaac, gaus-
 dium letitiaque parentum.

Christianorū
 ob superatū
 carnem læti-
 tia.
 Origen.

In typum, quod cum in nobis corporei affectus,
 appetitusque contra rationem insurgentes emors-
 tui fuerint, iuxta Apostoli doctrinam, si ses-
 cundum carnem vixeritis, moriemini. Si spiri-

Rom. 8. c.

Apo. 2.
Psalm. 30.
Psalm. 55

Mat. 25.

1. Cor. 4. d.

tu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Tunc gaudium requietæ tranquillæq; conscientie in nobis oritur. Sed quia hic militia semper est locus. huiusmodi gaudium expectandum potissimum est in morte, ubi extrema lucta est carnis & spiritus, ubi uincenti dabitur edere de ligno uitæ, dabiturq; mæna absconditum, ubi letitia aperietur, quam Deus se diligentibus abscondit, ubi de torrente voluptatis potabuntur iusti, ubi qui in gratia vitam finierunt: intrare iubebuntur in gaudium domini sui, quod nemo auferet ab illis, sed perpetuo tuti perpetuo eo fruuntur. Vbi discant experimento, quod fide didicerant, quod id enim, quod momentaneum est: & leue tribulationis supra modum ingēs gloriæ pondus operatur. Vbi è labore in quietem, è militia in pacem, è lachrymarum valle, in montem iucunditatis, è bello ad triumphum, è mari in portum, è exilio in patriam itur, & nunquā moriturus Isaac nascitur, sonat enim hæc vox Hebræis risum, lætitiā & iubilum.

CHRISTIANI SI SAPIUNT ET
iudicio ualent, labores in hac uita inani munda
di gaudio preposituri sunt, ut fecit Moses.

Hebr. II.

EXOD. II. Moses cum iussu filie Pharaonis educaretur: ab eaq; adoptaretur in
filium

Christianos
rumpræstan
tia incontē
nendo munus
do.

filium: grandis factus, maluit affligi cum suis, quā magnus in illius regia aula haberi, illiq; charus esse. In typum, quod si contigerit ambitioni, cupiditatiue carnis aliquem seruire, ut ignari infantes, quas suspicit ut reginas fallax mundus: resipiscamus breui: ualentesq; iudicio & grandes facti prudentia missas illas faciamus, eligentes sustinere cū Christo, ut cum illo conregnemus magis: quam cū illis delitari, eligentes abiectos esse in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorū, eligentes cum Israelitis, hoc est, hominibus sine dolo magis in laboribus & ærumnis degere, quam cum sceleratis & nefarijs momento delitari, ut patiamur perpetuo. Quod faciunt pleriq; hodie nescio quo iudicio, qui si scirent, uel sera illa impiorum hominū confessione, quos moribus exprimūt, opportuno hoc tempore saperēt, qui dolore gemitūq; inuili, lugubriq; uoce ita loquuntur: Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid cōtulit nobis, trāsterūt enim illa omnia. Qui si iudicio aliquo expendissent, quā celeri uolatu tēporanea omnis euanescat foelicitas, expendereutq; quāta & quam perennis foelicitas pro Christo afflictos expectet, redirent in mentē, & Pharaonicae filie aulam, & delicias reliquissent sponte. Id agnoscens regius propheta Dauid: ita diuinis uocibus bushortabatur. Noli æmulari in malignatibus, neq;

Sap. 5.

Psalm. 36.

zelaueris facientes iniquitatem, quoniam tãquam
foenum velociter arescent, & sicut olera herbas
rum cito decident. Inanisq; huius & momentas
neæ foelicitatis breuitatem ostendens, cum de ins
pijs, ac nefarijs orationem haberet: dixit. Deiecisti
eos, dum alleuarentur, quomodo facti sunt in des
olationem, perierunt propter iniquitatem suam
velut somnium surgentium, imaginem ipsorum in
ciuitate tua ad nihilum rediges. Cũq; ij ducant
in bonis dies suos: in momento ad inferna descen
dunt. Qui cõtra vero Pharaonis filiam (sic placet
mundi fallaciam appellare) missam faciunt, cum
Christo cumq; suis & deiji & humiliari, & de
primi & affligi, & pati præeligunt, hi Iacobum
audiunt. Gaudete fratres, cum in varias tentatio
nes incideritis. Audiant Paulum, Repletus sum cõ
solatione, superabundo gaudio in omni tribula
tione. Ac rursum, omnis quidem disciplina in præ
senti non videtur esse gaudiũ, sed mœroris, postea
autem fructum pacatissimum affert. Et alibi: id es
nim, quod momentaneum est, & leue tribulationis
ingens gloriæ pondus supra modum operatur. Au
di quam appositis proprijsq; nominibus las
tores, afflictionesq; mundi appellet,
corum diuturnitatem momens
tum, grauitatem pon
dus leuc.

Psal. 72.

Iob. 21.

Iacob. 1.
2. Cor. 7.
Hebr. 12.

2. Cor. 4.

PAVCO

PAVCO RVM SALVS IN EO
præostensa est, quod ex innumerabili multitu
dine, quæ ex Aegypto egressa est, paucissimi
Palaestinam ingressi sunt.



VM. XIII. Proficiscbatur
Israelitica multitudo in terrã
Palaestinam. Fuit tamen diuis
na voluntati ita rebellis: vt ex
innumerabili multitudine, pau
cissimi illam fuerint ingressi.

Paucorum
salus.

In typũ, quod cũ vocandi essent multi in christia
nã religionem, pauci tamen eligedi in aeternã bea
titudine. Cũ & plures esset baptisate intingedi,
pauci tamẽ, qui diuinis iustis obsequeretur, & iux
ta præscriptas à Deo leges viueret, & Cœlũ essent
asssequuturi, vbi honorũ omnium vbertas est foelicissi
ma, perẽne gaudium, quies indeficiẽs, pax summa.
Vbi non lacte & melle profluũt spontẽ terra, sed
purissimis delitijs, verissimis gaudijs, bonisq; inefs
sabilibus, quæ illis præsignabantur. Et id prænos
scens Christus aeterna patris sapientia dixit. Aves
ta est via, quæ ducit ad vitã, & pauci qui ingrediũ
tur p eã. Quidẽ, quæ eso, videas ex multitudine, quæ
sacra baptisati aqua fuit abluta, diuinẽq; consors
ibi facta natura, mundata à peccato & sanctifica
ta, qui Deum super omnia ament, proximos vt se
ipso: qui alijs faciant, quæ sibi fieri cupiunt, quæ

Matth. 20.
8c. 22.

Matth. 7.

2. Pet. 1.

Matth. 7. c.

nostra

Rom. 15.
Galat. 5.

nostra legis certissima est summa, scopus unicus,
& verissimum compendium, quod qui seruant, vel
ipsa veritate asserente. salui tantum fiunt: hi autē
plures sint, aut pauci, q aliquo iudicio præditi sūt,
hi iudicēt. Quot tamen videas spaciosam viā ingre
dientes, qui secundum carnem viuunt, qui varijs
aguntur cupiditatibus, qui decerant, qui mœchān
tur, qui alienæ vitæ & nomini insidias parant, dis
uinarum legum transgressores. his, quos numeras
re vix poteris, oclusus est ad Palæstinam cœlestem
ingressus.

CHRISTIANORVM VITA

militia, quibus strenue pugnantibus sol affula
gebit iustitiæ, quemadmodum & Gedeoni.

Christianis
militantibus
aduersus ho
stes spiritus
les adæ
Deus.



LISSV. XVI. Pugnan
te Iesu Naue in Gabaon cōtra
quinq; reges Amorrhœorū, ad
fuit illi ita supernum numen,
vt victoriā eorum illi conces
serit, illius que voce sol stetes
rit, diesq; fuerit longissima, quod fuit necessariū
vt caperet, quos persequebatur hostes. Vnde his
storia sacra inquit, non fuit antea & postea tam
longa dies, obediēte domino voci hominis, & pu
gnante pro Isracl. In typum, quod his, qui cōtra vi
tiorum

tiorum phalāges, eorum que duces ac capita, quos
rum umbra fuere scelerati illi impij q; reges, bella
gesserint: & victoriā illorum nobili animo cura
uerint: aderit iustitiæ sol, eorumq; præcibus inclina
tus certissima opem feret, voluntatemq; timentū
se faciet & præccationem eorum exaudiet, eritq; il
lis illuminatio & salus, nequem timeant, sicut fecit
I. sue homini sibi acceptissimo. Aderit (inquam) ius
titiæ sol, illos splendore suo illuminans, fouens, ani
mans, & cōfortans, & in illis viuens, vt, qua sunt
aggressuri hostes, agnoscant, modumq; assequendi
victoriā. Qua de re fracti foemnatiq; animi neces
se est agnoscamus illos, qui in hoc certamine succu
cumbunt, qui hoc auxilio freti, superbtiam, inhone
statem, in glauicem, animi exardescentiā, libidina
nē, ac reliquos Amorrhœorū reges, eorumq; exer
citus non persequantur, & pro illis vincendis sus
perandisq; laborant, præsertim cum habeant vnus
uersum cœli cœlitum sui certaminis spectatorem,
prog; victoriā habitā cœlum illis promittatur, pro
mittente illo: qui tam fallere non potest: quam nō
esse nequit. Sed quot horū videas leui quouis istis
prostrata millia: quam paucos honoris & victos
riæ ita cupidos: vt corporeæ vitæ discrimine illam
animose requirant: vtrumq; referre pudet, tu tam
men apud te reputa vtrumq;. Sint ergo bono ani
mo christiani, vtq; milites nobilissimi & strenui:
Iosue

Psal. 144

Psal. 17. Iosue viro inelyto & fortissimo similes animi hostes persequantur, nec conuertantur, donec desiciant, confringant illos, donec non possint stare, cadāt sub eius pedes illorum. Vt dicere cum Dauide possint, præcixisti me virtute ad bellum, supplāta sti insurgentes in me subtus me, inimicos meos dedisti mihi deorsum, & odientes me disperdidisti &c. Ac rursus, qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt. Ac ita hostes ita sordidos & tanto pere audaces vincant, victos conculcent, conculcatis pedibus conterant, & comminuant.

Psal. 26.

PRINCIPIO OBVIANDVM malis est, & illis potissimum, ad quæ inclinamur, in interfectione primogenitorum Aegypti fuit significatum.

Christianorum cura in extirpandis vitijs.



X D. II. Cum Aegyptiorū populus, eorumq; rex Mosi sermonibus nolet auscultare: sed in sua sepe obstinatione persistet: eorum primogenita diuino iussu ab angelo interfecta sunt. Quo facto mire nobis adumbratū est: primas cogitationes, ac prima peccādi iuitia à nobis iuglanda esse. Nam quemadmodum qui primogenita interimit, & qui serpentis caput presit & percussit, is totū corpus, quod à capite trahatur, interficit,

fit, ita qui primis statim Sathane insultibus, carnis lenocinijs, mundi præstigiatoris illecebris resistit, & diuina ope interficit, interficit opera, quos illa semina sunt. Atq; ideo beatus dicitur, qui te nebit, & allidet paruulos Babylonis ad petram, ne grandes fiant & multiplicentur, & in Hierusalem insurgāt. Fœlices enim sunt, qui (vt quidam dixit) venienti occurrunt morbo: nec tantū à malo abstinēt, sed ab omni specie mali. &c. Videant ergo, qui occasiones querūt, & nimis sibi fidētes periculis se exponūt vt seruet, & nō interimāt Aegyptiorum primogenita: ipsiq; proprijs euoluāt animis dāna, & peccata, quæ ex illis sibi orta sunt. Fuga enim occasionis mihi sepe placuit, victoriaq; pars visa est, & potissimū in ipsiuitijs, ad quæ maxime à natura propēdimur, quæq; nobis velut adnata sunt. Vnde sapiēter quidam, principijs obsta, se ro medicina paratur, cū mala per lōgas inualuerint moras. Difficillimamq; semper duxi, testaceū vas ferro sæpius confrictum non frangi: picemq; tan gere sæpe: & non inquinari ab ea. Quid enim non inquinentur qui huiusmodi sunt? Estq; nequitia genus facetissimum: christiane militiæ Cæsares Hectoresq; inuictissimos (sic enim Ioseph, sic post illum Hieronymum, Augustinum, Hylarionē, Basilium & Antonium nuncupare placuit) sibi timere, animiq; saluti cauere occasionum fuga, atq; ideo desert.

Psal. 136.

Eccle. 19.

deserta petijisse, vt ita Aegyptiorum primogenita morerentur. Et molles quosdam effoeminatosq; homines, quibus & auaritia & alij corporis passiones feruet pectus, asserere se mundos esse à delictis inconuiujs & comestationibus, inter foeminarum blanditias, blandos que sermones, inter cantus demonis ingenio compositos, vt si quando sopiatur in eis caro, excitetur, vimq; inferat animo.

VARIA GRATIARVM DONA
 diuino beneficio Christianis communicata hominibus, quos è Babylone eduxit Christus, in Thesauris è Babylone allatis.



PRIMO ESD. I. Enumerantur (nec sine diuino consilio) vasa, quae de Babylone in Hierusalem fuerant translata. Non est enim in arcanis literis apex mysterio vacans. Tringenta, inquit, phiale aureae, phiale argenteae mille, cultri viginti nouem, cyphi aurei triginta, cyphi argentei secundi quadringenti. Phiale autè vasa sunt patula & praelucida, quibus significabantur homines auro simplici, modesto, & sine dolo, qui labia dolosa non habent, neq; in corde, & corde loquuntur, sed quibus sermo verus est (vt quidem dixit)

Christianorum dotes varie.

Psal. II.

xit) animi simulachrum, & corda praelucida, cum in malo, vt diuus inquit Paulus, simplices sint. Cultri erant ad incidendos & diuidendos victimarum artus: ea ratione, vt sua cuiq; pars distribuatur, pars enim igni in altari erat consumenda, pars sacerdotibus danda, nec leuita & offeretes suis partibus defraudabantur. Quibus significabantur homines, qui ea iudicij acie praediti sint, vt de ineffabili sacrificio discernere ea possunt, quae perfectioribus dicenda sint, quae omnibus, & quae diuini spiritus igni committenda tanquam humani ingenij vires excedentia. Neq; enim omnia illius ineffabilia mysteria omnibus manifestanda sunt, cum quidam diuini Pauli consilio lacte nutriendi sint, quidam cibo solido. Lacte illi, tanquam in rebus di-

Rom. 16.

1. Cor. 3.

uinis infantes, solido isti cibo, tanquam hi, qui in Christo adoleuerunt. Cyphi aurei illos adibrant, qui maiori sapientiae splendore rutilant, qui (vt aurum reliquis praestat metallis) sic vitae doctrinaeq; nitore reliquis praeslant, aurea habentes pectora, & linguam auream, & mores aureos. Argentei vero cyphi illos potissimum explicant, qui ea, quae studio diligentiaq; sunt assequuti, argentea quadam, sonoraq; venustate docent, argentum vitae doctrinaeq; candore superantes. Haec sunt vasa illa pretiosa argentea, aurea, & gemmea, quae in honorem Paulus esse dixit in regia hac & magna

2. Tim. 2.

Christi domo, inquiens. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia. Figulina vero sunt homines cōtritu frangūq; faciles, qui leui quouis tentationis attacku te ruunt, & proclives in vitia ruunt. Lignea, quæ igni concupiscentiæ incenduntur. Hac igitur de causa enumerata vasa sunt.

CHRISTIANORVM ET POTISSIMUM religiosorum varia ingenia in coruo & columba misit à Noë aquarum inundatione iam cessante.

Mohachorū
variū inge-
nia.

GEN. VIII. In generali illa vniuersi inundatione Noë vir sanctissimus in arca latens ac degens diuinamq; in illa clementiam expectans cum clarescere cepisset cœlum, cessasse sentq; iam tremenda illa fulgura & tonitrua, plus uiq; tempestuose coruum misit & columbam. Coruus autem descendens cadaueribus intensus, & arce clausuram tædio habens non rediit in eam amplius: columba vero, nobile & innoxium animal, iucundi nunciij legatrix, cum vis rentis oliuæ ramo in arcam reuersa est. In quibus mirè adumbratum fuit varium hominum ingenium, pleriq; enim ex his, qui, publicis vijs relictis, claustra amarunt, cum superiores aliqua necessitate impuls

impulsi eos extra monasterij arcam mittunt, ita sunt ingenio carneo, ita ipsi in voluptates prospensi, & delitiose vitæ cupidi, vt pascendis cadaueribus, operibus scilicet mortuis intenti, monasterij vitam, & illius quietem ac clausuram odio habebant, ad eamq; nolunt redire, dieculam hanc (sic vitam sapientissimi appellauerunt) in luxu, delitijs, & foetidis carnis operibus malentes consumere, vt æternis & grauissimas poenās, adueniente mortis nocte, luant, quam in membrorum carnis mortificatione & tristitia, quæ sequitur gloriosum gaudium, insumere eam. Alij vero ingenio nobili, peccatore vere christiano, Christi crucis amici, colubæ similes & vitæ gemitu & morum sinceritate, & simplicitate animi, & volutu ad cœlestia perueni, cum in uorum suorum iussu & præcepto extra monasterij claustra procedunt (quod si suo fieret arbitrio rarissime fecissent) redeant alacri animo, nouo quoddam relictæ quietis desiderio redeunt. Letitia, qui solent pisces extra aquam à piscatoribus extracti, cum se se illorum ex manibus excutiant, redeunt in arcam, quæ optimo iudicio sibi delegerant, in tanta non aquarum sed vitiorum inundatione locum sibi tutissimum, qui sapienter ab illis seruetur, & clauditur, ne aliqua parte turbida aqua vitæ deterioris introire valeat. Redeunt, quia foris nihil, nisi strepitum rerum sens

cularium, inueniunt, & anxios, laboriosos, & difficiles viuendi modos. Redeunt tamen cum virentis oliuæ ramo, quia opera pietatis peregerunt, ad quæ faciendâ fuerant egressi. Id siquidem oliuæ ramus designabat, ex quo elicitur oleum, blandissimus, utilissimus, & suauissimus liquor, & planissima pietatis imago.

QVO PACTO CVM CORPORA
reic & spiritalibus hostibus sit congregandâ
docet Bethulianorum typus & exemplum.

Christiani
ta militia,



VDITH. IIII. Audientes, quam potenti & numerofo exercitu ad vastâdos populos, subiugandasq; gētes superbus proficisceretur Holofernus, filij Israel, qui habitabant terram Iuda, timuerunt valde à facie eius, sed non timore ita muliebri, vt arma deponentes foedus cū illo inire voluerint, sicut pleræq; aliæ nationes ignauæ, timideq; fecerant, sed vt pararent se, omni adhibita industria, ad excipiendos accerrimi hostis insultus, urbemq; suam meliori, quo possent, muro vallarent, & munirent. Vnde montium vertices præoccupant, muris circumdant vicos, frumēta con-

ta congregant, Deo orationes fundunt, illius se potentie credentes, opportunumq; ab illo auxilium expectantes. Quo exemplo viri Bethuliani mire populum christianum instruxerunt, vt cum sit illi congregiendum, sintq; manus conferendæ cum fidei hostibus, non tantum frequentissimis copijs fidat, & reliquo apparatusi bellico, vt ab orationibus desistat. Non enim saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia virtutis suæ non saluabitur. Neq; in fortitudinis equi voluntatem habet dominus, neq; in tibijs viri beneplacitum est illi, sed beneplacitum ei est super timentes eum, & in eis, qui sperant in misericordia eius. Cumq; exteri exercitus à religione alieni in clypeo tantum & hasta ad pugnandum veniant, venturus est christianus populus in clypeo (cum potest) & hasta, sed potissimum in nomine domini. Neq; tamen ita Deo committenda cura est, vt sabbatum agentes ab omni opere cessent ipsi, vt fecere ex Israelitis plurimi, & interfecti sunt, ne, quod illis contigit, & ipsis eueniat. Posset enim, si vellet Deus, cui æque facile est saluare siue in multis, siue in paucis, & qui tot addidit miranda foemina manu, equum & ascensorem deijs tere in mare. Posset mortem illis immittere, faces req; vt viuentes descenderent in infernum. Posset

Psal. 32.

Psal. 146.

Marth. 2.

Christiani
milites.

illos locustis, ranis & sciniphibus superare. Possit
sola voluntate non impulverem tantum sed in mihi
lum redigere. Sed sapientia (quæ illi summa est)
sepius sua ita disponit, ut homines nolit ignavos,
inermes, & timidos, sed ut faciant, quod & sa-
pienter, & strenuè, & pie fecere Bethuliani, nis-
ta lomitentes ex ijs, quæ profutura existimas-
runt ad resistendum superandumq; tam dire pos-
tentia hostem. Nihilominus tamen & ieiunijs
& orationibus vacabant, & trumq; necessarium esse
se agnoscentes, & auxilium suum à domino expe-
ctantes. Fuit tamen & typus industriæ, quæ chris-
tiani viri sunt adhibitori, cum potentiam hostium
spiritualium audiunt, cum quibus illis pugnandum
est. Neq; enim est timidi animi, cum eorum ver-
sutiam & dolosas audiunt vires, timere, cum ti-
mor non debilitat, frangitq; vires & in pusillan-
imitatem inducit sed excitat, viridosq; facit homi-
nes, & ad arma capeffenda impellit, ne imparati
ab hostibus capiantur. Neq; enim ecclesie hero es
ab hoc virili nobilitq; timore suere liberi, quin imo
dininis oraculis beatus pronuntiatus est vir, qui
semper est prudus. Solèq; fortissimi esse, qui hoc
pacto timidi sunt, victuq; difficiles: audaces tamen
& nimis sibi fidentes tunc vinci, cum maxime vis
flores se futuros sperant. Timuerunt filij iuda,
sed quid fecerint, quid ve præstiterint vidisti. Ti-

ment

ment fortissimi hi, proceresq; viri, sed tamen os-
mnes ipsi partes muniunt, & illas maxime, quas
magis expositas hostibus intelligunt. Vertices mo-
tium præoccupant, hoc est, vitam eligunt sublimio-
rem, magisq; cælo vicinam, sursum habentes cor-
da, nihil caducum & terrenum curantes, tanquã
infusa & villa, quæ mädanis pretiosissima sunt, cõ-
temnentes, elongantesq; se à loco, tẽpore & occas-
sione, hostibus ut nocere possint sibi periculosiss-
imis. Muris etiam circumdare vicis dicuntur, cum fide-
les sibi commissos constantia & virtute muniunt:
aut cum sensus, quibus ingredi nocereq; solet hos-
tis, obsignant, oculos ab illicitis aspectibus retrah-
endo, compeffendo à nociuis sermonibus lin-
guã, aures sepiendo spinis. His enim vicis, ni sepiã-
tur, & muniuntur, sua dâna inferre consuevit ho-
stis. Frumenta congregant, dũ sanctissimis inslãt
scripturæ lectionibus, quæ frumentum electorum
est, animiq; pabulum pinguisimum. Atq; ex ea il-
la potissimum loca deligunt, quæ commodiora fus-
tura intelligant, ut & defendere se ab hostibus,
& superare illos possint, & nec armis neq; fame,
aut siti capi, aut contẽptu hostis, & muniende ser-
uandaq; vrbis negligẽtia. Ita præparat se, qui vin-
ci nolunt ab hostibus ita pudendis. Qui nolunt à
superbia vinci, se demittendo, qui nolunt, ab inglu-
vie, abstinendo ab escis, qui a carnis nolunt emolli-

V 4

ri blanz

ri blādicij, illā ieiunij, cilicij, vigilijs & orationi
bus macerando, qui ab odio nolunt superari inimi
cos diligendo, deniq; oppositis muniēdo se virtutis
bus, nihil intentatū relinquēdo, quod obtinendae vi
ctoriae ita gloriose vtile & profuturū censuerint.

BENEFITIA ALIQVOT EX
innumeris, quibus populum christianum affe
cit Deus praesignata fuere in beneficijs, quib
us Israelitarum affectit populum.

Christi, in
Christianos
beneficia.



PRAETER mirabilem potēs
tiam, & inauditū amorem, quē
ostendebat Deus, ū varijs mul
tiplicibusq; beneficijs populum
afficiebat Israeliticū, nunc eum
pane caelesti pascendo, nūc eos
aqua ē rupe fluenti potādo, nūc nubis vmbra, nūc
lucis splendore in promissam terrā ducēdo, ostēdit
etiam, quanto esset prosequiturus amore popu
lum christianum sibi fidētem spiritu Israeliticum,
pascendo eum pane, qui illius erat caro, sanguine,
qui potus, doctrina etiam limpidissima, & puris
sima ē Christo petra fluenti, obumbrans illos, iux
ta pollicitationem viris iustis factam: scapulis
suis obumbravit tibi, & sub pennis eius sperabis.
Luce etiam vera errorum tenebras suganti, quae
ipsemet erat, eos ducendo, ferendo opē, quod fecit
Israelitis,

Ioan. 6.

Psal. 90.
Ioan. 1.

Israēlitis, vt insurgentes in via hostes premant &
perimant. Et si qui tribulationum Iordanes obui
fuerint, conuertantur retrorsum, & eis, quos pro
prio sanguine eduxerat ex Aegypto, transitum
prebeant, si qui laborum montes ascensu superas
tuq; difficiles, vt cera fluant: ita vt dicere merito
possint, si exurgat in me praēlium, in hoc ego spe
rabo, si ambulauero in medio vmbrae mortis, non
timebo mala. Continget autem id non omni popu
lo Christiano, sed ei, qui dominum ore & corde ho
norificat, ei, qui morum cādore lucet, vt dominus
in illo glorificetur, & qui aeterni patris voluntatē
facit. Quod si de Israelitarum ingratitude que
ritur per Mosem Deus, eo quod multitudinis bene
ficiorum, quae ab illo acceperat obliti, debito illum
amore, honore & respectu defraudant, inquit.
Generatio praua atq; peruersa, haecine reddis do
mino popule stulte & insipientes? &c. Obliti sunt
Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aeg
ypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari
rubro, &c. quanto grauius & aequius de nobis in
gratissimis queretur, qui tā plura & maiora acce
pimus, quae plus illis praestant, quā vmbrae res, cor
pori spiritus: nos si immemores simus, si pro obse
quio tā opere debito offendimus, si memores non
sumus mandatorū eius ad faciēdum, nos (inquam)
praua peruersaq; generatio sumus, nos populus
stultus

Psal. 96.

Psal. 77.
Deut. 32.

stultus & insipiens, qui hæc reddimus illi, à quo tot tamq; miranda accepimus, vt animo concepti, lingua explicari nequeant.

PRAESTAT OPEM DEVS AD
difficultatem diuinæ scripturæ intelligendam
pijs pastoribus & doctoribus, vt illius potu sa-
lutari Christiani reficiantur greges. praosten-
sum id fuit in iacob putei lapidem amouente.

Hug. lib. 2.
Cap. 12.



CEN. XXIX. Iacob cum
ad Laban proficisceretur, pas-
tores inuenit in quoddam ae-
gro pascendis ouibus aptissis-
mo laborantes, vt lapidem as-
mouerent, quo putei os erat
occlusum, vt hausta aqua possent ad-
aquare gres-
ges, quibus opẽ ipse tulit, ita vt amoto lapide, gre-
gibus aquam ministrauerint. In quo Christi in eccle-
lesia pastores & prædicatores auxilium præsi-
gnatum fuit. Quos cum inuenit ipse pascendis oui-
bus gramine cœlesti intentos, salutaribusq; consi-
lijs, & laborantes in amouendo putei lapide, hoc
est, scripturæ diuinæ difficultate, quæ mire puteo
comparatur & ob mysteriorum profunditatem,
& ob potum salutarem, quo scaturit perpetuo,
huc Christus in iacob præsignatus illis opitulatur,

vt lapidem amouant, & omnem inde difficultas-
tem pellant, ita vt possint ouibus, quibus præsumt,
ministrare salutarem doctrinæ haustum, & illis
maxime necessarium. Qui labor vltimam nostris ef-
fet perpetuus, neq; sciendi illis locus vllus relinque-
retur, aut in rebus tam sacro labore indignis occu-
pandi se, vt sunt diuitie, magnificæ ædes, argenteæ
& aurea vasa, ac reliqua profana suppellex Chris-
sti doctoribus indigna. Qui cum ad maiora & ve-
riora bona nati essent, fluxa hæc & caduca pecu-
niæ membra nibili erant habituri, vt & verbo &
vita fidelium essent exemplo.

**DOCTORVM ET CONCIONATO-
rum industria vt greges Dei multiplicentur**
illiusq; sint, in industria iacob virgas natiuo
cortice spoliante.



CEN. XXX. Iacob, cum
Laban soceri sui gregum pa-
scendorum curam haberet,
pacto inter eos inito, vt quæ
uarij essent velleris, siue oues
essent, siue arietes, continge-
rent iacob, Laban aut reliquæ, virgas decorticauit,
& in canalibus, vnde adaquandi greges erant, eas
posuit

Scriptura
explicanda.

posuit, quas cum in concipiendi actu intuerentur
 oues, foetus fere omnes, quos ædiderūt, varij color
 ris fuere. In quo præsignata est industria, piusq;
 dolus prædicatorum, quibus à maioribus suis com
 missa cura est Christiani gregis pascendi. Qui
 scripturæ testimonia, quæ obscura & tecta erant
 nudant, quæ conuenientissime virgis comparantur.
 Nam quemadmodū & illæ recte sunt, ita &
 iustitiæ domini recte, & quemadmodum illis cædi
 possunt, qui iniuriam agūt, ita & his, qui diuinis præ
 ceptis non acquiescētēs nequiter viuunt. Quod fa
 ciunt prædicatores, cum in superbos, iracundos, in
 uidos, ac reliquos nefarios homines scripturæ ver
 bis inuehuntur, ferientes illos vt respiscant. Has
 virgas excorticatas intuentes qui vere auditores
 Euangelij sunt, foetus operationum ædunt diuersi
 coloris, cum non vni tantum pietatis operi intens
 dunt, sed pluribus, nunc infirmos visentes, nunc
 alieno ære grauatos leuantes, nunc in afflictione
 constitutis opem ferentes, qui colores oculis diuini
 iucundissimi sunt. Et huiusmodi industria sap
 ientis vigiliq; iacob similes locupletantur prædi
 catores diuitijs illis, quas fures non effo
 diunt, neq; furantur: & ouibus,
 id est, purè, sincerèq;
 Christianis.

Psal. 18.

(?)

DISTAT

DISTAT MAXIME INTER SE
 vetus & noua lex, ostensum id fuit in Moyse
 & Iossue.



EV. XXXII. Moy
 ses populum ab Aegypto edu
 xit, vbi misere affligebatur va
 rij laborum generibus, edux
 itum tamen non introduxit
 in vberem terram illis promissam,
 quod præstitit Iesus filius Naue. Huiusmodi
 autem euentus planè notis significauit ac prædis
 xit: quantum lex illa vetus ab Euangelica lege dis
 staret, quantumq; illi præcelleret ista. Moses si quis
 dem veteris legis typus extitit, solenus enim sape
 cum Mosem, Esaiam, Hieremiã, aut alium ex pro
 phetis nominamus, non personas solum intelligere,
 verum libros ab illis editos. Quod vel ex illo Chri
 sti colligere licet, cum dixit: habent Moysen &
 prophetas, & alibi. Vsq; in hodiernum diem, cum
 legunt Moysen, velamen positum est super cor eos
 rum, donec conuersis auferatur velamen, cum ope
 ra tantum illorum extarent autoritas iam diu mor
 tuis. Moses ergo lex est, quæ & si valuit ab Aegyp
 to, hoc est, ab impietate liberare credentes, lex ni
 hil ad perfectum adduxit, introductio vero melio
 ris spei, per quã proximamus ad Deum. Nō enim
 iustificas

Quid possit
 noua lex.

Luc. 1. 6. 3

2. Cor. 3.

Tertul. li. 3.
 aduer. Mar.

Heb. 7.

Gal. 2. & 3. iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur, non tamen potuit in regnum cælorum introducere. Non, sed per legem fidei. Quod ergo non potuit lex præstitit Iesus saluator noster, eiusq; Euangelica lex: quem præfiguravit, & factò & nomine Iesus Naue filius. Id docet adol. scientis percontatio, quid agens do vitam æternam possidebo? Cui ita à veritatis magistro responsum est. Serua mandata. Ac rursum illud. Non omnis, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est. Vt per fidem in Christum eiusq; legis obseruationem patere ingressum in regnum cælorum planè constat. Constat etiam ex illo: filius hominis venit querere & saluum facere quod perierat. Etiam ex illo Pauli. Reconciliati salui erimus ab ira per ipsum. Et iterum. Quicumq; inuocauerit nomen dæmini, saluus erit. Et alibi. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius. &c. ex illo etiam: non est aliud nomen. &c. & planissimè ex illo: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, atq; ideo dictus saluator. Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Et Ioannes.

Ioannes. Pater misit filium suum saluatorem mundi. Et Paulus. Christus caput Ecclesiæ est, ipse est saluator corporis, & vitæ æternæ introductor. Ita ipse. Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Igitur, ut vitæ æternæ heredes efficieret nos, & natus ipse est, & vixit & mortuus est. Sufficientissimæq; ista sunt, ut in cælestem Palestinam introducatur Christo ducte, in ob delicta nostra defuerit efficacia.

I. Ioan. 4.
Eph. 5.

I. Pet. 3.
Tit. 3.
Rom. 6.

MVLTÆ QVÆ CHRISTIANIS cõmendantur ut vitam agant honorifico isto nomine dignam, in multis antiquæ legis sacrificijs & cæremonijs.

LEVIT. I. ET II. Si è Mosaycis literis vel amen auferre velimus, & quæ sub illo latent, attentius contemplari, admiranda mysteria reperiemus, quibus & instruatür ingenium & accendatur voluntas. Iubebat legislator, iuxta cuiusque vires & facultates sacrificia offerri. Et offerebant quidam oves, ut miti mansuetoque essent animo, doli & iniquitatis neficio. Quidam vitulos, ut facile iugum diuine legis suis cervicibus imponerent. Capras alij, ut quemadmodum illæ singulis fere diebus lac in hominum vsus tribuunt, ita indigentibus necessaria largirentur:

Multa christi-
anorũ præ-
cepta.

1. Cor. 8.

largirentur: vt iuxta apostolicum verbum illorum
 copia aliorum inopiam suppleret. Alij turtures in
 noxias aues, castitatis amatrices, vt castitatem, aut
 continentiam offerret solcite se seruantes ab his,
 quæ & corpora & animos nostros inficere possunt
 & inquinare. Alij columbarum pullos, vt cle-
 mentia, & simplicitate exornarent animos. Nos
 vero cōtra diuinum præceptum pro oue vulpem,
 pro capra lupum, pro vitulo taurum, pro turture
 gallum, pro columba accipitrē offerimus, cum cal-
 lidi, voracēs, indomiti, inhonesti, animoq; duplici
 simus, & non illa animantia, quæ iubebat dominus
 moribus referamus, sed illa, quæ prohibet. Prohibe-
 bat etiam fermentatos panes offerre, vt illis osten-
 deret, nihil habendum, quod Aegyptiacam conuer-
 sationē saperet. Nobis vero, vt à fermento malitie
 & nequitiæ abstinere in omnibus synceri &
 azymi, prohibuit item, ne offerretur mel, nō quod
 illud haberet odio, quod ita vtile & palato iucun-
 dum esse sciebat, sed vt hac imagine & typo, male
 dulcem vitā, vt quæ in delitijs & voluptatibus tur-
 piter consumitur, displicere illi indicaret. Est enim
 Christiani vita militia, est luctamen, est exilium,
 pax male secura, infida quies, non patria. Vis-
 deant ergo melliti homines, qui genio indulgent,
 carni serutiunt, quibus Deus venter est, quam sint in-
 grati Deo, quam dissonet illorum vita legi ac vo-
 luntati

Gal. 5.

Iob. 7.
 Eph. 6.

Phili. 3.

luntati illius. Iubet tamen sale conspergi sacrificia,
 vt prudenter, & cum iudicio fiant, quæ in illius ob-
 sequium facturi sumus, alioquin insulsa illi erunt
 & insipida, vt qui scientia sit & sapientia, & res
 bus prudenter factis delectetur. Vnde Apostolus.
 Sermo vester sit semper sale conditus. Et domi-
 nus Apostolis, vos estis sal terra, quod si sal euas
 nuerit, in quo salietur? Coloss. 4.

PIORVM ET POTISSIMVM RE-
 liziosorum vitæ suauitas & tranquillitas, &
 Dei in illos priuatus amor & indulgentia, in
 Israele educto ex Aegypto.



VM. XI. Educti fuerant
 à Mose Israëlita ex Aegyp-
 to, vitæq; illa molesta & la-
 boriosa, captiuitateq; graui,
 liuina erepti clementia. Qui
 bus, consumpto iam consper-
 sioꝝ, quæ secum ex Aegypto adduxerant, manna
 cium angelis dignum, gustui gratissimum, seruan-
 da cōmodissimum vitæ in abundantia pluit. Fuit
 tamen populi ingratitude tanta, vt sedēs fleuerit,
 inquiens. Quis dabit nobis ad vescendum carnes?
 recordamur piscum, quos comedebamus in Aegyp-
 to gratis. In mētem nobis veniunt cucumeres, &

Monachorū
 vita.

X
 pepones.

pepones, porriq; & cepæ, & alia. Anima nostrā arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi māna. Quo in gratissimo questu eorū hominū ingrātudo præsignata videtur, quos cum ē seculi Aegyptio eduxerit sua clementia Deus, inq; sacrum alis quod institutum (vt sunt diuinorū Frācisci, Augustini, Dominici, Hieronymi. &c. Societatisue Iesu instituta) induxerit, aut ē vita inhonestā, & impura in vitā homine christiano dignā, queruntur, eo quod foedas carnis voluptates, illius perniciosam indulgentiā dimiserint, reliquerintq; ridicula illa quæ cæca suspicit plebs, & pro illis stulto quoddā & vrsano dolore suspirāt. Quæ omnia rebus sibi similibus merito sunt præsignata, cepis vt pote, alijs & cucumeribus, dignis palati cibis. Atq; ita cum quod auribus audiunt est sacrū, quod spectant oculis, piū, vt sunt Hymni & Psalmi, & cetera, quæ in diuinis laudes diuināq; gloriā canuntur, quæ offeruntur sacrificia, cum etiā comedētibus sacra illis legatur lectio, vt semper diuina oracula illorū auribus tinniāt, videāt claustra, quæ illis impedimēto sunt, ne egrediātur in cōiuiua, lusus, choreas, Troicos ludos, taurorū agitationē, ac reliqua exercitamenta lidicra, quibus male sanus populus gaudet, & votorū quæ ediderunt recordētur, miseri si qui sunt flētes aūt. Anima nostra arida est, nihil aliud vidēt oculi nostri nisi māna. Manifestum tñ in pri-

mis

mis illorū audi mēdatiū. Gratis se pasci. &c. dicūt cibis, quos miserādo labore parabāt, etiā & in hoc stultū illorū iudiciū præsigniētēs, qui gratis sibi dari putant, quæ mundo pretiosa sunt, cū tñ ea graui & infami labore parētur, vt vel ex illorū confessione cōstabit. Qui cū carnivacassent, seruissent mundo, dæmonis acquirissent dolis, vita defuncti ita loquuti miseri sunt. Lassati sumus in via iniquitatis. &c. Non ergo gratis fucata sua bona largitur mundus, sed pretio laboreq; maiori, quā virtus vnquā cōstitit. Aridā ob id appellātes animā, quæ rebus ita inutilibus careat cibisq; duris, & cōmunitibus nō pascatur, cū ē cōtra illa aride sint, quæ cham eleōri similes harū rerū vento pascūtur. Desipit illis angelicus cibus oīs in se saporis suauitatē habens, cū iucundā animo voluptatē nō percipiunt, quæ percipi ab illis solet, qui intelligūt, quāt sit, et quā desiderādā felicitas, vacāre, & videre quā suavis sit dñs, cū illo orando sacra miscere colloquia. Qui cū oīpotēs sit, oculos habet super iustos, & aures eius in preces eorū, voluntatēq; timentū se facit, & preces eorū exaudit, & qui magnā multitudine dñe dulcedinis absconditā habet timētibus se. Iucundam animo voluptatē nō percipiūt, quā percipere illi solent, qui æqua mentis truiua perpēdunt, quā sit iucundū, in ea esse loco, vbi nihil inhonestū spectare possunt oculi, nihil turpe capere aures, vbi

Mundano
rū labores.

Sap. 5.

Religionum
trāquillitas

Psalm. 35.

Psalm. 50.

Rom. 12.
Philp. 2.
Mar. 10.

Monachalis
vitæ deseri-
ptio.
Prob. 4.
Ephē. 4.
Eccle. 28.

Preces quo
animo fun-
dendæ.

in diuino ocio diuinū semper habēt negocium: esse
catenis colligati votorum, vnde se expedire non
possunt, vt in vicia ruant. Ac deniq; ingratisimo
carcere, vbi mundo suisq; rebus incarcerati, liberi
sunt Deo, consuetudinem habentes cum homini-
bus verè homines, qui diligunt sine simulatione,
qui se in humilitate superiores inuicem arbitran-
tur, quorum qui maior est, est sicut qui ministrat,
idem sapientes, eandem charitatem habentes, vna
nimes id ipsum sentientes, nihil per contentionem
neq; per inanē gloriam agentes. Quorum oculi re-
cta vident, de quorum ore sermo malus non proce-
dit, sed bonus ad edificationem fidei, vt proffit au-
dientibus, quorum aures spinis sunt septæ, ne lira-
guam nequam audiant. Hisce enim virtutibus, diui-
ni spiritus fructibus suauissimis horū paradysus
(ita placet appellare monachorū cœnobia) afflues-
re mihi videtur. Videant ergo quā debeant esse læ-
ti, qui seculi laboriosa Aegypto relicta, vbi in tot
periculis versantur homines, tot subeunt labores,
tot habent edaces pectoris curas, gratissimum hoc
desertum incolunt, & manna suauissimo aluntur.
Auditō tamē populi ingrato clamore, pluit illis, si-
cut puluere, carnes; & sicut arenā maris, volatilia
pennata: & ceciderunt in medio castrorū eorū, &
vix a tabernacula eorū manducauerunt & satura-
ti sunt nimis, & desiderium eorū attulit eis, nō sunt
fraudati

fraudati à desiderio suo adhuc tamē escæ erāt in
ore eorū, & ira Dei ascēdit super eos, & occidit
pingues eorum, & electos Israël impediuit. Vocas-
tusq; est locus ille sepulchra concupiscentiæ, ibi es-
nim sepelierūt populū, qui desiderauerat. In quo
mirabili ostensum est exēplo, nō semper diuinæ er-
ga nos beneuolentiæ certū esse iudicium nostris pe-
titionibus annuere, permittereq; vt desideria nos-
tra omnia ex voto succedant, ita vt ad intentos à
nobis honores euehamur, cupitis fruamur delitijs,
res augeatur, salus seruetur, sintq; prōptuaria ple-
na eructantiæ ex hoc in illud, boues crassæ, non sūt
ruini mæceriæ, neq; trāsitus in plateis nostris. Cum
huiusmodi soleant sæpius esse cōcupiscentiæ sepul-
chra, ibiq; sepeliatur populus, qui desiderabat. Cū
deesse soleat in honoribus modestia, in delitijs tem-
perantia, in diuitijs contentus & pietas, & in tan-
to insciæ exoculatæq; fortune applausu iudicium
& prudentia, grauatōsq; curis huius seculi, quæ vt
pluuium mergunt in infima hominē, & ad supers-
na, ad quæ natus est, non sinunt eum leuare, absor-
bet terra, vt Dathan & Abyron, nihilq; in illis
patitur apparere nisi terrenū. Quanto illis fuisset
satiū aut non desiderasse carnes, aut desideratas
illis non fuisse cōcessas, qui tante ingratitudini de-
bitas prenas tam breui persoluerunt. Fatenturq; id
coacti, qui humana abutentes foelicitate, ex diuina

Psal. 145.

Num. 16.

Sap. 5.

exiderunt, dicentes. Quid nobis profuit superbia
& diuitiarū iactantia quid contulit nobis? Transie-
runt illa omnia sicut umbra, & sicut nuntius praer-
currens, & sicut nauis, quae pertransit fluctuantē
aquam. &c. Discant ergo homines, concessis à Deo
contentos esse, diuinōq; gratos numini. Alieno
sapiant periculō, ne sustinent, ne anhelent pro illis,
quae secreto forsan iudicio non sunt illis concessa.
Ne cum adhuc, siue honorum, siue dignitas
tum, siue opum, siue voluptatum, aut rerum his si-
milium esse sint in ore eorum, ira Dei ascendat
super eos, iaceantq; in suae concupiscentiae sepulchris
chris.

CHRISTIANI VIRI ITA DES-
bent adherere virtuti, vt si quando cum opo-
posito sibi vitio congregari eam contingat, vitium
superetur, & iuguletur, virtus autem
vincat & viuat. Id praestendit Moyses, cum
iugulauit Aegyptium cum Israhelita rixatē.

Virtutis &
vitiij pugna.



MOD. III. Moyses, cum videret
Hebraeum & Aegyptium contendentes
nec eos possit, ne rixarentur, cohibere,
Aegyptium gladio transiit. In
typum, quod homo, qui quasi medius positus est
inter iustitiam & iniustitiam, modestiam & ar-
rogans

rogantiam, luxuriam & castitatem, si quando hu-
iusmodi Aegyptios, cum virtutibus viderit luctan-
tes, contententes, & nitentes eam superare, vitium
transfigat, vt victrix euadat virtus, transfi-
gat superbiam, vt modestia vincat, luxuriam, vt
viuat castitas, iniustitiam, vt equitas, impietas
tem, vt pietas, mendacium, vt veritas, haeresim,
vt si les. Sunt enim Christiano. virtutes agnatis-
sime, vt qui populus sit bonorum operum secta-
tor. Quod si vt strenuus Moyses praestiterit, glo-
riam assequetur immortalem, quae manet victo-
ribus. Sin minus, immortale dedecus & ignomis-
nia, quae manet victis. Nunc aduertamus oportet
christiani viri, quam sint pauci, qui in clypeum Moy-
si facinus aggrediuntur, qui tam sint animo nos-
bili, vt in eis Aegyptia vitia nec vincere nec dos-
minari permittunt, sed in se ipsis pia quadam
crudelitate superbiam interimant: vt modestia vi-
uat, luxum, vt sobrietas, inuidiam, vt beneuo-
lentia, odium vt charitas, extimantes ignominiae
genus esse sordidissimum ab hostibus ita pudenda
virtutes vinci ac prostrari, qui nec caput des-
berent attollere, sed deieci semper prostratiq;
humi manere. Tamen sunt pauci, qui id praestent,
plurimi, qui primo statim Aegyptij hostis aggressi
succumbant, supplicesq; porrigat manus, nunc
ira superati furorē, nunc foeda voluptatis titillas

tionem, nunc inuidentiæ, aut odij mortifero veneno,
ita vt fere semper eos, vt ignavos milites, hostie
crudeli ictu videas iacentes.

INVIDIÆ DIRVM ET FERVM
ingenium in eo ostenditur, quod non tantum
alienis inuideat, sed & proprijs, nec ob corpo-
ris & fortunæ bona tantum, sed & animæ. vt
fecere Maria & Aaron in Mosem.

Inuidia vis
vra.



NVM. XII. Cum Moses vir Deo
gratissimus, omni virtutum genere flo-
rens, mirabilisq; prudentia, commissum
populum moderaretur ac regeret, qui
tam erat duræ indomitæq; cervicis, ac ideo Deo,
qui iustus est, ac iustitiam diligit, esset amicissimus.
Ob egregias in eo conspectas virtutes, & in rebus
agendis dexteritatem, diuinamq; benivolentiam
& toties in eum ostensum amorem, percussis in
eum inuidia sunt Maria & Aaron. Nec tamen im-
puniti relieti, qui enim custodit diligentes se, qui
oculis suos habet super illos. Ob inuidiæ lepram
quã habebant in corde, oreq; manifestarunt, exte-
rius nivea lepra, vt omnibus magis cõspicua esset,
operti sunt. In typum & exemplum corũ qui piè
inculpateq; viuunt, & tamẽ huius viperæ venenata
lingua percutiuntur, vt nõ consternantur animo,

¶

& quæ gloriose ceperunt, ignominiose dimittant.
Fuit enim natiua hæc inuidiæ conditio, vt, cum res
sit vilissima ac deiectissima, optima petat. Nullus
enim unquã alteri inuidit, quod in situ squallorẽq;
iaceat, quod omnibus sit contemptui, quod hebeti
sit ingenio, memoria labili, blæsa lingua, luscis ocu-
lis, pedibus claudicans, deformi corpore. & obse-
na vita. Sed in eos, qui vel corporis, vel fortunæ,
vel animi dotibus reliquis præstant, sua vibrat iacu-
la crudelis ista & immanis fera, cuius dira condia-
tio vt agnoscaturn planius, placuit verba ipsa in se-
rere, quibus illam detestatur vir grauisissimus, & ve-
tustissimus Gregorius Nisenus in libro, quem edidit
de vita Moscos. Inuidia, inquit, malorũ prins-
ceps, mortis mater, prius peccati isnuua, vitiorũ
radix, doloris intium, calamitatis parens, inobedi-
entia causa, ignominia principium, macro recõ-
ditus, naturæ morbus, bilis venenosa, telum amarum,
flamma cordis, intestinorum ignis, alienis bo-
nis infelix, & non suo bono, sed alienis malis foe-
lix. Ducant ergo sibi honorificum, inq; felicitatis
parte reponant, qui piè iustisq; viuunt, pati cum
Mose, cum Ioseph, cum Abel, cum Iacob, ob diuini
nominis gloriam, ob vitam inculpata, vitæq; ma-
gistrum audiunt supos hac voce confortantem. Si
mãdus vos odit, scitote, quod me priorem vobis os-
dio habuit, si de mundo fuissetis, mundus quod suũ

Inuidia inge-
nium.

Inuidia.

Ican. 15.

est diligere, quia autem non estis de mundo, vos odit mundus. Felicitas quous amorem odium, com modius, & vtilius. Odit inquit vos mundus, & quia vos mundus odit, vos amat Deus. Quomodo enim amicitia huius mundi inimica est Deo, & qui voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur. Ita amicitia Dei mundo est inimica, & qui illius est amicus, seculi inimicus constituitur: mutus enim ista frangunt. Nec tamen huiusmodi seuerissimi homines sine supplicio erant. Præter flagellum enim surdum, quo ceduntur iotus, præter suam ipsorum carnificem consuetudinem, præter secretum illud tormentum, quo nullum in istis seculi inuenire tyranni, lepra eos nunc ignominie operit, perpetuamque expectant supplicia, locaque tartarea his in colis dignissima. O vile, solidumque vitium hominis ne quantumvis abiecto indignissimum, o dirum ferum, & crudele ingenium eorum, qui tibi laborant peste, ut alieno gaudio sint tristes, alienis diuitiis pauperes, alieno honore despecti, aliena denique felicitate miseri, absintque illis refugium, nisi quem visum fecere dolores.

CARNIS ET SPIRITUS PUGNA
incontentione Esau & Iacob fuit præcõfesa,
ostensus etiam modus est, quo sit superanda.

GEN. XXVIII. Esau maior natu vir
pilosus & inhumana conditione, venatio

ne

ne gaudens, aggressibus studiis deditus Iacob natu
minorem persequebatur, virum lenem, domesticæ
quietis & pacis amatorem. In quo mihi nobis adu
brata est carnis & spiritus nunquam bene pacata pugna. Est enim caro natu maior, ita Paulus,
ta pugna. Est enim caro natu maior, ita Paulus,
Prius, quod carnale est, deinde, quod spiritale. Hæc
nunquam bene cum spiritu conuenit. Concupiscit
enim, ut idem inquit, aduersus spiritum, & spiritus
aduersus carnem. Unde veluti fatigatus in teli
no hoc bello, aiebat. Sentio aliam legem in membris
meis repugnare legi mentis meæ, & captiuam
tem me in lege peccati, quæ est in membris meis.
Sed spiritum viridem esse, resistereque ei semper os
portet, illumque sibi subiacere. Nisi enim pareat, im
perat, illi que inferuire, præterquam quod ignomi
niosissimum est, est etiam periculosissimum. Nam
suis illecebris hominem dementat, de genereque fa
cit. Sicutque illius opera ita foeda, spurca, & christia
na indigna puritate, ut asseruerit Paulus, & iure
iurando affirmauerit, quod quæ talia æquunt, regnum Dei
non possident. Sed illius conspectum vitet, oportet,
qui supplicari nolit. Quod fecit Iacob cum Esau.
carnis autem conspectum appello tempora, loca, consue
tudinem, quibus fortior & victrix caro solet euade
re. Vitet inquit, in comedendo, bibendo ve nimiam in
dulgentiam, vitet longiorem somnum eo, qui sit salu
ti recuperandis que viribus necessarius. Vitet cho

ne

Iacob. 4.

Carnis &
spiritus pu
gna.

I. Cor. 19.


Gal. 5.

reus, vitet lusus, vitet priuata, publica etiam (si fieri
 vi posset) foeminarum colloquia, vitet otium, quod
 semper multam docuit malitiam, compefcet lens
 guam, ne quando in mollia ac blanda laxetur, ipis
 nis aures sepiat, ne fœda audiat. Hec qui facit, vis
 tat Esau, nomine fratrem, re hostem. Petat autem
 in Haram cum Iacob, vt labores perferat, qui sol
 litudinem amat, vigiliam, orationem, ieiunia, & res
 liqua, quibus carnis vires extenuantur, quibus ipsa
 castigatur & in seruitutem redigitur, ne lasciuies
 ferociat, & in spiritum malefana insurgat, insidi
 as illi parâs, mortemq; minans. Ac deniq; qui pijs
 occupationibus ita attendit, vt iniquo corpori im
 pura cogitandi aut faciendi locus nō relinquatur.
 Ocia enim si tollas, vt quidam dixit, periere Cupi
 dinis arcus. Quid autem de illis dicemus, in quib
 us ita placitus & gratus est spiritus carni, vt illi
 subiectus esse videatur? Qui iudicio ad id vtuntur,
 non vt carnis appetitus fruent, sed vt habe
 nas laxent, vt ex maiori diligentia querant, quib
 us fortior ac robustior Esau sit, debilior ac fra
 ctior Iacob, hi comparati sunt iumentis insi
 pientibus, & similes illis facti, suntq;

pcenas iniquo debitas
 sceleris datur.

PROPO

PROPONVTVR OMNIBVB
 que appetēda, que ve fugienda sint: aliquorū
 tamen tanta est animi peruersio, vt qua vitas
 lia sunt fugiāt, praua sequantur, rerum ipsi na
 turam inuertentes: id fuit præmonstratum in
 Israelitis & Aegyptijs, cum vnam eandemq;
 regionem habitabant.



XOD. VII. ET. X. Cū
 in vna eadēq; regione versarē
 tur Aegyptij & Israelite. Is
 raelitis serenus erat lucidusq;
 aer, ac idem Aegyptijs dens
 sissimæ tenebræ, & que palpa
 ri possent. Populo Dei amnes limpidi atq; potabi
 les, Aegyptijs vero sanguinei. Quod & hodie my
 sticè coniungit. Nam cum ex æquo omnibus quid
 appetendum, quid fugiendum, proponat benignis
 simus Deus, illi in luce ambulāt, illuminatumq; ha
 bēt animum, de quibus Christus ait. Qui me sequi
 tur, non ambulat intenebris, sed habebit lumen vi
 tæ. Et Dauid. lux est ortus iusto, & rectis corde. Le
 titia nempe his qui parent & obsequuntur. Qui
 vero veritati resistentes non acquiescunt, nec luci
 dos veritatis radios in animū ingredi permittunt:
 ij intenebris ignorantie manent. De quibus dixit

Quā distent
 prebi ab im
 probis.

IOAN. 3.

IOAN. 3. c.

mines

Eph. 5.

mines magis tenebras quam lucem. Et Paulus, ne s-
 lite communicare operibus infructuosis tenebras-
 rum. Alijs aque euangelicæ prædicationis, atq; do-
 ctinæ purissimæ limpidissimæq; scaturiunt, & qui-
 bus bibentes humanarum rerum sitim sedant, &
 modo mirabili diuinarum accendunt. Alijs vero,
 qui in militia duritiaq; animi Aegyptijs similes sunt,
 suauissimus enā celi potus, gustusq; prædicationis
 in sanguinem conuertitur (tanta est animi illorum
 iniquitas). Nec desunt etiam, qui Pharaonicis ma-
 gis similes vanis inutilibusq; argumentis à supera-
 ba infidæq; mente inuentis veram Dei aquam pos-
 pulis rubeā nitātur facere apparere, & quod id si-
 piat, ac sonet, quod pessimis illorum iudicijs placet
 maxime. Sed impios illorum conatus refellit Deus,
 & in coelo habitās illos iridet ac subsannat, legē
 suam immaculatam seruans, & sitientes ad illius
 potum inuitans, illorumq; dolos eimentite quoddā
 colore testos planissimè detegens & aperiens, vt
 ecclesia sanctissima Romanæ, quæ columnæ est fun-
 damentumq; veritatis, perpetuò duret. Quod fal-
 licitus est, ne huiusmodi portæ inferi vn-
 quam præualeant, sed semper suis
 nitidas placidusq; spi-
 ret aer, & puris-
 simæ fluant
 aquæ.

MUNDANÆ

MUNDANORVM LABOR ET
 anxietas, & eorū, qui diuinis iussis obsequiū-
 r, pax & tranquillitas ostēditur in laboribus, qui-
 bus vexabatur Israelite dum in Aegypto erat.



XOD. XII. Non sine mirabili iu-
 dicio vniuersi moderator Deus filios Is-
 rael magnis continuisq; laboribus per-
 misit ab Aegyptijs premi, quos referre laborios-
 sum nunc esset, & nostro instituto parum vtile,
 vt eos odio prosequerentur, detestarentur idola,
 abominarentur eorum mores, & ipsi soli obseque-
 rentur facilius, seruirentq; promptius. Qui Israe-
 lite tā ingratis erant animis: vt saepius quesiti fue-
 rint quod eos Moses illinc eduxisset, deliciarum, si
 quæ illic erant, memores. In typum etiā fuit homi-
 num mundo corporiq; inservientiu, quos infortus-
 nijs, calamitatibus, innumerisq; alijs laboribus
 exerceri permittit, nunc in honorum affectatione,
 nunc in appetitione rei, nunc in voluptatibus pas-
 rum honestis, ac minus securis, vt si quando resis-
 puerint. & à Christo vero Mose è tenebris illis fue-
 rint extracti, mundum vt fallacem odio habeant,
 Sathānam vt verutum, carnem vt pernitiosè blan-
 dam, ac deniq; Aegyptia omnia abominentur, &
 ad illa non redeant nec pedibus, nec animo, &
 Deo sanctissimisq; illius præceptis iucundius ob-
 temperent, cuius iugum suauè, onus leuè, lex

Mundi labo-
res.

Math. 23.

inimās


1. Ioh. 5.
Matth. 19.
Psalm. 35.

immaculata, mandata iucunda, premium ineffabile. Cui, qui relictis seculi pernitijs illecebris, place re student, videntur sibi è procelloso mari in optatum translati portum, è bello ancipiti in securam pacem, è seruitute molesta in libertatem placidam, ac deniq; ex Aegypto in Palestinam. Id mihi significare visus est sacer propheta, qui coru, qui in Christi aula versantur, obsequunturq; illi, quietem, pacem, gaudium, tranquillitatemq; animi significare volens, dixit. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in requie opulenta. Vbi verbo federe, quietem, & cessationem à laboribus sedatamq; conscientiam expressit. Reliquis vere uitam, & iucundam animorum pacem, ac requiem non quamcumq; sed opulentam.

Isai. 32. d.

SCELEATORVM HOMINVM
vitandus conuictus, ni infici velint, qui probi sunt. ostensum id in uitatione humanis lepræ conspersi.

Iniquorum
contuendo
pernitiosa.



LEPRÆ EVIT. XIII. Mirum est quod iubet legislator, mysticoq; non vacat, cum vario lepræ colore respersum hominem vitare iubeat, permittat tamen eum, qui penitus albus est, lepræq;

præq; infectus, cum reliquis conuersari. Quod præter figuram rerum spiritualium, quam aperte continet, humanitatem quandam habet, vt præceptiones diuinæ omnes. Nam qui vario lepræ colore est respersum, spem habet purificationis. Vnde debuit meritò à conuictu hominum separari, ne inquinaret alios, vt breui illo tempore curetur. Ei vero, qui omnino erat albus, permittitur, ne segregatus per totam uitam ab hominum cœtu miserè, mœstèq; viuat. Figura autem ea est. Lepra peccata designat. Variæ lepræ species, multa esse peccatorum discrimina, significat. Vnde lepræ respersum vitari iubetur, vt intelligamus, vitare nos debere illorum christianorum consortia, quæ nos a recta viuendi norma poterunt separare. Nam si uia uorem ducit ab uia, & modicum fermentum totam massam corrumpit, facilius nos corrumpemur, quorum cor est pronum ad malum ab adolescentia. Quicq; vt naphtha vicinum ignem, ita mala exempla arripimus. Vnde Paulus, subducite vos ab omni fratre inordinatè ambulante. Et iterum: nunc autem scripsi uobis non commisseri, si is, qui frater nominatur inter uos, sit fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, aut auarus, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quod de infidelibus, qui penitus leprosi impij; sunt, non dixit. Quin potius

Theod. in le
ui.
Et origen.

Peccatoru
conuictus vi
tandus.

Galat. 5.

2. Thess. 5.

1. Cor. 5.

Y si quis

I. Cor. 10.
I. Thim. 3.

si quis infidelium vocat vos ad cenā, & vultis ire, omne, quod vobis appositum fuerit, edite, nihil dis scernentes. Hoc ideo dictum existimamus, vt christiani habentes bonum testimonium & ab ijs, qui foris sunt, illis Sathanicos dolos, quibus decepti sunt, verbis ac moribus ostendant, luceantq; sicut lucernæ in obscuro & caliginoso loco, & illorum probitas, pietas, sanctitas & fides, eos ad fuisse mam nostram religionem alliciant, ac tacita quorundam contione commoueat. Et præterea dixit id, quia cum præue viuere videmus eos, qui sine lege sunt, minus ab illis nocumentum accipimus, minusq; miramur eos male viuere, quam si equum extra metam currere sine freno videremus, aut impingere hominem sine lumine, aut de coloribus non bene indicare sine luminibus. Cum è contra fiat de ijs, qui filij lucis sunt, & legibus sanctissimis noscimus astrictos, quorum lapsus, prauumq; exemplum plerumque nocet, & nimiam, præsentaneamq; perniciem solet illis afferre, quibus cum viuunt.

VARIA

VARIA HOMINVM INGENIA
quædam ob suam probitatem grata Deo, quædam ob improbitatem ingrata in aurbus permissis & prohibitis Israelitis ad comedendum



EVIT. XI. Cum de auibus, quibus vesi liceret Israelitico populo, diuinus fieret sermo, immundas illas esse dixit, quæ rapaces sunt, vt aquila, habili. lectus, miluus. &c. Quæ ve ea

Hominum mores dixerit. Theod. in leuit. 11. l. 1. d. 1. h. 1. pa. archiep.

daueribus, putridisq; caribus pascuntur, vt vulturnus, & omne generis coruini, aut quæ tenebris gaudent, vt noctua, bulo, & vesperilio. Quæ figura planè nobis significauit, illas hominum conditiones displicere illi, quæ his quodammodo sunt similes. Vt qui raptò viuunt, alienoq; labore & sudore aluntur. Auari enim sunt & tenaces, iniustusq; parta inuisius seruant. Vnde Lucas, videte, & caute ab omni auaritia. Et Paulus omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis. Et idem, nec maledici, neq; rapaces regni Dei possidebunt. Displacent etiã Deo, qui carni indulgent, & si cundum eam viuunt, nihil diuinum & spirituale sapientes. Vnde Petrus apostolus, abstinete à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus carnem. Et rursum, si secundum carnem vixeritis, moriemini. Displacent

Cap. 12.
Eph. 5.
I. Cor. 6.

I. Pet. 2.

X 2 etiam.

Rom. 15.
Eph. 5.

etiam, qui tenebrarū opera amāt, & edquod malē agant) odio habet lucem. Vnde Paulus, nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijcimus opes ra tenebrarum. Et alibi, nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Nec huiusmodi interpretatio ab intellectu vsq; scripturæ aliena est. Consuevit siquidem illa homines illis ferarum, & quadrupedum, & volatilium nominibus appellare, quæ moribus magis exprimebant. Vnde quosdam appellat lupos, vulpes, canes, viperas, oues etiam & columbas. &c. Hinc dixit Christus apostolis, multi venient ad vos in vestimentis ouium, intus autē sunt lupi rapaces. Scio, quod post discessum meum ingredientur ad vos lupi rapaces. Mito vos sicut agnos inter lupos. Dicite vulpi illi ecce eicio dæmonia. Et Paulus: videte canes. Et Ezechiel, quasi vulpes in deserto prophetae tui Israel. Et Hieremias, quosdam equos, equas depercentes, alios serpentes & pullos aspidum volantium nominat. Ac rursus dominus simile dicit regnum caelorum sagenæ missæ in mare ex omni genere piscium cōgreganti. Et item: vbi cadauer, ibi congregabūtur & aquilæ. &c. Ex quibus certū ac verū esse, quod diximus, constat. Constat etiam gregatim volare aquilas, miluos, vultures, coruos, noctuas, & res fertiliones. Cum referta fora sint hominibus nefarijs, qui vita exprimunt harum auium conditiones,

Math. 7. c.
Act. 10.
Luc. 10.
Luc. 15.
Philip. 3.
Ezech. 15.
Hierem. 5.
Math. 15.

Math. 24.

nes, quas immundas appellat lex. Sunt enim plerūq; raptores vt aquilæ, abiecti vt milui, carnei vt vultures, tetris moribus vt corui plumis, tenebras & earum opera sectantes, vt noctuæ. Raro tamen inuenias, & si perlustres orbem, colūbinos mores, turtuream continentia. Semper enim fuit pusillus grex: cui sinceritas pietatq; placuit christiana.

QVI INFRACTO VIRILIQVE

sunt animo ingrati sunt Sathanae, quorū exitium ruinaq; ipse molitur: grati vero qui molles sunt & foeminei, & cuius tentationi succumbentes. Ostendit id Pharaō, cum interfici iussit masculam prolem, foemineam seruari.



XOD. I. Cum, indies crescere augeriq; videret, numerosiore potentiorēq; fieri populum Israel, Aegyptius rex, sihi timens, inuidensq; illi: iussit masculam prolem interfici, vt quæ illi timorem incutiebat, foemineam, vt fragile seruari. Quo iussu mystice nobis significatum est, quam displiceāt viriles masculēq; cogitationes Sathanae, quem Aegyptius rex præsignabat. Vt pote quibus solet ipse superari ac vinci, illiusq; doli ac callidæ artes intelligi. Vnde eas omnes extinctas in

Inuisidæmoni virtus, & ra
ca iniqui as

nobis vellet, vtiq; id fiat, omnem diligentiam adhibe-
 bet. Non ne virile est carnem spiritui subijcere
 caduca mundi bona contemnere? Delicias asper-
 nari? rumores & conuitia populi nihili ducere?
 omnia vt stercorea arbitrari, vt Christus lucrifit?
 Virilesq; sunt voces. Quis nos separabit à
 caritate Christi? tribulatio, angustia an? An
 nò sit gestatio virilia, vigilijs, ieiunijs, orationibus
 elemosynis nò parcere? Arma hæc sũt, q̄lus pro
 sternuntur hostes. Ac ita de versutis exercitatisq;
 hostibus triumphatur. Hæc omnia, his que simul
 molitur in nobis occidere tenebrarum princeps,
 vt que molesta sint illi, & à quibus, reuinci cum so-
 leat illis, timeat. Fœmineam vero prolem seruari iu-
 bet, vt que potius seruitura sit illi, quam futura
 molestia. Fœmineum enim est tentationibus succũs-
 bere, mūdū illecebris capi, Sathânæ dolis imponi, ni-
 hil nisi molle, tenerumq; cogitare, secundum cara-
 nem viuere, illi iucunda ac grata curare, à sanctis
 inceptis, & propositis metu aut populi probrijs
 desistere, per publicam viam, vt quidam dixit, am-
 bulare. De his, qui tam tenerè blandèq; viuunt,
 Paulus mœrēs atebat, multi enim ambulant, quos
 sæpe dicebam vobis (& nunc stens dico) inimicos
 crucis Christi, quorum Deus venter est, & gloria
 inconfusionem, qui terrena sapiunt. &c. Huius-
 modi homines & cogitatus fouet ac nutrit calli-
 dus

Rom. 8.

Phil. 9.

us ille, vt qui potius pro illo sint, quam contra
 cum. Viriles vero vt intereant, laborat, quod nos
 seruabimus, si perpetuò mori nolimus vitam amit-
 tentes immortalem. Nam aliòqui victor euadet di-
 rus aduersarius, & eternæ gloriæ corona nobis
 auferetur, qua donabit Deus victores omnes, resu-
 tabimurq; inter fractos, fœmineosq; viros, qui, eò
 quod in carne seminarunt, de carne perpetuā cor-
 ruptionem messuerunt.

1. Cor. 9.
Galat. 6.

ANIMI DEIECTIO EORVM, QUI
 pro Christi gloria propriaq; beatitudine labo-
 res aggredi non audent, ostenditur in eis, qui
 in Palestinam petere non audebant, eo quod
 essent in ea gigantes.



VM. XIII. Audiuerant
 Israelite ab exploratoribus,
 quos Iosue ad explorandam
 promissionis terram illiusq;
 incolis miserat, tantam esse
 illius vbertatē, tā serax ac pin-
 gue solum, vt re vera lacte (quod dicebatur) & mel-
 le flueret, idq; allatis ex ea fructibus inaudita mas-
 gnitudinis. In ea etiā esse gigantes, quibus collatis Israe-
 litæ viderētur locustæ. Quo nūcio ita sunt perter-

Columbas
 pluit viros
 lenti.

viti, vt, quam conceperant parandæ terræ cupiditate ob vifos illius fructus, timore consternati amiserint, fuerintq; iofue virum inuictissimum ita alloquuti. Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos, ibi vidimus monstra degere giganteo. In quibus illa hominum conditio planè est expressa. Qui, cum ineffabilia esse bona, quibus fruatur beati, audiunt, ac re vera, cœlum lacte & melle, id est purissimis omnibus delitijs, quas nō possit cogitatio assequi, sucere, sciunt, cum audiunt, ibi esse pulcherrima diuinorum spirituum agmina perpetuos hymnos eterno sonantia numini, cum meditantur Deum ibi esse, quem contemplari summa sit beatitudo, ac deniq; virtutum omnium, quibus præditus est animus, veram ibi esse ac iucundam saturitatem, tanguntur cœlestis parandi regni cupiditate aliqua, potiundiq; suauissimis illius fructibus, quibus suauitas, sanitasq; insita perennis est. Cum tamen cogitant mortificandam carnem, susbiciendos illius appetitus. Frenandas illius prospersiones: cum audiunt immanes illos gigantes superbie, inuidentiæ, ingluuici ignauitiæ. &c. vincendos esse, cū intelligit seruandas esse præceptiones diuinas: cū perpendit secū regnū cœlorū vimpasti, violētōsq; rapere illud, linquntur animo miseriquibus nullū potest subesse mendaciū, qui, toties se

à latere

à latere militum suorum in quouis militiæ genere futurum, pollicitus est. Immittet siquidem, id est, castrametabitur Angelus domini in circuitu tentamentium eum, & eripiet eos, cum ipsisq; erit in tribulatione, eripiet eos & glorificabit eos, neq; vnquam suos passurus erit, vltra id quod possunt, tentari, sed faciet cum tentatione prouentum, vt sustinere possint. Vnde regius animosusq; vates aiebat meritò. Si ambulauero in medio vmbre mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Ac rursum. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Et iterum. Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini quia vltus sum in eos, impulsus euersus sum vt caderem, & dominus suscepit me, fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. In hoc enim immanem Goliath, lapidis ille prostrauit istū, in hoc vrsos dilacerabat, & leones. In hoc, qui in se nihil posse in genuè fatentur, omnia se posse gloriantur. Quot videas passim agmina gigantum (si aperias oculos) à teneris floridisq; virginibus, ab impuberibus adolescentibus, ab effæctis iam senibus prostrata. Ex quibus planè colliges, non gigantum fortitudini victoriam tribuendam, sed nostræ imbecillitati, quæ vinci se sponte passa est, inq; hostium ma

Psal. 55.

I. Cor. 10.

Psal. 22.

Psal. 26

Psal. 117.

I. Reg. 17.

Psal. 4.

nus maluit se ociose & ignauè dedere, vberri-
mosq; cœli fructus amittere, quam gloriose vinces-
re, & cum Christo gloriosius regnare: consolatio
numq; illius socii fieri, quia tribulationum fuerat.

COELANDA SVNT, QVÆ A
Christianis sunt, pietatis opera, & non inani
gloria exponenda, si viua illa & vitia cus-
piunt, vt fecere mulieres Israëlita: liberos ocs-
culantes.



EXOD. I. Pharao dirus
Aegyptiorum rex odio has
bens Israëliticum populum,
timensq; ne in illum regnūq;
suum numerosior potētiorq;
factus insurgeret aliquādo,

vt eorum mascula proles interficeretur, nixus est.
Quā qui incolumē seruare cupiebant, cupiebant
tamen omnes, reconditū illam abscondebant locis.
Ac sic pleriq; crudelē vitabāt impij regis furorē
rem. Et ita seruatum, eiq; seuis illius manibus eres-
ptum scimus Mosē infantē speciosissimū. Quo fa-
cto monemur typice, vt pia nostra opera, vt sunt
ieiunia, orationes, eleemosyna, hisq; similia coele-
mus, & abscondamus à mundi Pharaone, inani vt
pote gloriā, ea enim odio habet, & necare ea solet.
Vnde Christus aeterna patris ineffabilisq; sapiētia
cupiens

Vita futura

Exod. 2.

cupiens ea viuere in aeternā vitam, largienti elect-
mosynam dixit. Noli tuba canere ante te, sicut hy-
pocrite faciunt, vt videantur ab hominibus. Te autē
faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quæ fa-
cit dextera tua. Ac rursus orantibus dixit. Cum
oratis, non eritis sicut hypocrite, qui amant in syn-
agogis & in angulis platearum orare, vt videan-
tur ab hominibus. Tu autem cum oraueris, intra in-
cubiculum tuum, & ibi clauso ostio ora patrē tuū,
qui est in abscondito, & pater tuus, qui est in abscon-
dito, reddet tibi. Et ieiuantibus. Cum ieiunatis nos-
trite fieri sicut hypocrite tristes, exterminant enim
faciē suā, vt appareant hominibus ieiunantes, amē-
dico vobis receperunt mercedē suā. &c. Nouerat
probe inanē gloriā virtutum esse interfectoricē,
Pharaoniceq; conditioni similē, vnde ab illa absco-
dere ea cōmode consuluit, si viuere vellemus. Si er-
go orationes, eleemosynas, ieiuniaq; nostra viuā
cupimus, ea inani gloriæ nō exponamus, faciētes,
ea tantū vt videantur ab omnibus, & laudentur,
illorūq; iudicio sancti habeamur. Est enim miserū
ac ridiculum stultitiæ genus, cum possis aurum
possidere, malle illius splendorem: cum res possis,
earum capi vmbri reiectis illis: cum veram solia-
damq; gloriā, istam aspernari, & falsam atq;
adumbratā appetere. Quis vnquā tam fuit corru-
pto iudicio, vt simulati auri aut argēti cupiditate
exarserit.

Hypocrite
rū stultitia.

exarscrit, inanesq; nuces solidis & nucleo plenis prætulert? Quod præstant, qui tã sunt animis deiectis, vt cū Deo placere possint, verã consequi gloriam, eligūt miseris placere hominibus, fallacēq; illorum gloriam consequi. Cum tamen sequeretur omnino vtrumq; si celsis mēibus, quæcunq; ab illis pietatis opera fierent, fecissent propter Deum, sequitur siquidem (velut vmbra corpus) virtutē gloria. Et quemadmodum ē fructibus arbores dignoscuntur. Et ex illis nomina assignamus, & imponimus, vt ē amigdalis amigdalos, ē nucibus nuces, ē cerasis cerasos appellemus, ita ē veritate veros, ē pudicitia pudicos, ē honestate honestos, ē sobrietate sobrios, ē silētio tacitos, homines dotibus his præditos appellamus, huiusmodiq; nomina illis damus, & hanc etiam nolentes famam aucupantur. Mor nemur ergo typo, vt nō lux splēdorq; vite nostræ sub modio & in abscondito ponatur, sed vt luceat in gloriam Dei, & pro inani hominum non fiat, sed sit illi sicut absconditum, alioqui fugaci ac misera mercede contenti eternam non assequentur, virilisq; proles morte afficietur à Pharaone. Sed hæc est nostrorum animorum tepiditas, hæc in bene agendo ignauia, vt plures inuenias animas steriles, quæq; vix pietatis desideria conceperint, quid dixerim, pepererint? In monendis quibus frustra laborabimus, cum nihil habeāt, quod occultas

re aut

re aut debeant, aut possint, præter miseram quandam somnolentiam, laboraturi potius, vt ignominiosam illam sterilitatis notam pellant, fiantq; bonorum operum matres, crescatq; numerosiorq; tantopere fiat vere Israelitarum populus, vt diro hosti timorē incutiat. Vt primæ illæ piorum ecclesiæ contigit, quando tam erat viua fides, spes viuens, charitas feruens, vt ab impubibus adolescens tibus, tenerisq; virginibus infernus trepidaret hostis, ab illis toties prostratus & victus.

PRETIOSA PIETATIS OPERA,
quæ vice thesaurorum sunt hominibus, non sunt inanis gloriæ causa faciendâ, præmonstratum fuit id in Ezechia rege.



VARTO REG. XX.

Vita futura

Cum audisset Merodab Balam rex Babyloniorum ægrotaſſe Ezechia Israelitarum regem, legatos ad illum cum diſtiſſimis muneribus miſit. Quorum aduentu tantopere lætatus eſt Ezechias, vt regio illos excepiens applauſu, quæcunq; viſu iucunda credidit, ea omnia fecerit illis oſtentari. Oſtendit ſiquidem domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoq; & domum

domum vasorum, & omnia, quae habere poterat in thesauris suis, non fuit verbum, quod non monstraret eis in domo sua et in omni potestate sua. Quod cum rescivit Esaias mœrore affectus ob inanem regis ostentationem, quam sibi, posterisque suis pernitiosam fore intellexit, ita regem alloquitus est. Quid dixerunt viri isti, aut unde venerunt ad te? Aut autem Ezechias. De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. At ille respondit. Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias. Omnia, quae sunt in domo mea, viderunt, nihil est enim, quod non monstraverim eis in thesauris meis. Dixit itaque Esaias Ezechiae. Audi sermonem domini, ecce dies venient, & auferentur omnia, quae sunt in domo tua, & c. ubi nobis, ad quorum utilitatem & doctrinam omnia scripta sunt, significatum est caelandum esse, quae cumque pretiosa esse noverimus. Si enim prudenti cautoque animo Ezechias exteris barbarisque hominibus thesauros caelasset, non tanta tamen eruent bella Israelitica genti à Babylonijs fuisse illata. Sed quia aperuit omnia, quae pretiosa esse credidit, illorum animos seu quadam cupiditate incendit, quae illos armavit, ut rupto amicitiae foedere, regna ita opulenta, gentem ita divitem sibi subiicere, in suamque servitutem redigere curaverint. Casueant igitur, si sapiunt homines, pretiosaque sua Babylonijs hominibus caelent, ut sunt mundani homines. Caelent, inquam (ut de spiritualibus in primis ser-

Cauenda vanagloria.

mo

mo fiat orationes, elemosynas, ieiunia, & id genus probitatis officia, ni illorum fructum ac pretium ab hostibus raptum vellint, bellumque illis statim indici. Commodissimum id esse ostendit eterna patris sapientia Christus, cum de caelandis huiusmodi thesauris concione habens dixit. Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & ibi clauso ostio ora patrem tuum, qui est in abscondito. Cum feceris elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Cum ieiunaveris, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, periculosissimum esse ostendens Babylonicum regis legatis thesauros ostendere. Docuit praeterea sceminas potissimum corporis florentiam & fragilem pulchritudinem caelare, loquendi etiam venustatem, aliasque his similes corporis dotes, si quiete ac secure vivere velint, alioqui sibi dictum putent, quod Ezechiae. Dies venient, & auferentur, quae sunt in domo tua. Ostensa siquidem picturata facie, illaqueato aureoque capillo, & si qua illis ingenij vis est, & indicendo venustas hominibus Babylonijs, statim excitatur in illis foeda quaedam cupiditas, qua bellum illis varijs dolis & artibus inferunt, & nunc prece, nunc pretio ruere laborant formam, ostensosque illis arripere thesauros, miseramque illam & inconsultam gentem sibi subiicere. Quam fuisset illis satius, si animi salus curae esset, si honestas

Matth. 6.

Doctrina foeminae utilis.

in

in pretio, si pudici nominis respectus aliquis, hos suos fragiles thesauros celare, ne à tam pudendis hostibus & tam callidis & exercitatis impetentur. Celsissent (inquam) domi manendo, illorum aspectum & oculos ut Basilisci venenatos aspectus vitando, colloquia, ut antiquæ serpentis venena, sermones, & conuictus, ut cum dracone. Quæ omnia præstât proculdubio, quicumq; honestatem amant & pudorẽ, viuerẽq; cupiunt quiete, & suis diu gaudere thesauris. Huiusmodi erant exhortationes, quæ fiebant ab Augustino. Dominica virgo, nec ornatu capitis, nec habitu corporis, nec oculis erectis aut latis, sed crinibus ad terram cum vultu demisso procedat, ne in se viles inducat amores, & si non percat, alijs causa perditionis existat. Cõtra vero, qui miseros suos thesauros ostentant, nunc hominum venenum, nunc demonum hostium, nunc diaboli laqueos appellat sanctorum pleriq;.

Augustini
verba aurea

ANTE MORTEM RECONDENDI

sunt pietatis fructus, nam ad erit tẽpus, quando operari non licebit, id ostendit Ioseph, cum in steriles annos frumenta congesta.

Virgine futurę
habẽdã cura

GEN. IIII. Viderat in somnijs, cum dormiret, Pharaõ, septem illas vaccas pingues, totidemq;

totidemq; vberes spicas, ac iterũ somnians septem alias vidit macilentas, septemq; ordine absumptas spicas. Quod somnium magnus ille ac certissimus somniorum interpret Ioseph cum interpretaretur, præfagire, dixit, septẽ vbertatis annos, ac totidem inaudite sterilitatis. Illiusq; consilio, quem ad id faciendum cunctis suis Principibus ac Prouincijs præfecit Pharaõ, congesta sunt innumera frumenti horrea, quibus sapienter oppressurę fami fuit prouisum. Fuitq; in nostram utilitatem ueluti in imagine ostensum, hoc, quod viuimus, spaciũ temporis vbertatis tempus esse, ubi recondere liceat vberes pietatis fructus, castigando corpus, sensus à noxijs retrahendo, ignoscendo iniurijs, operiendo nudum, pascendo famelicum, moerstum consilij subleuando, thesauros deniq; in celo reponẽdo. Est enim nunc tempus ad id acceptabile, est quando operari licet, quãdo in benedictionibus seminare, ut de benedictione metamus. Id cõsuluit verus Ioseph, qui nouit omnia, ante quam fiant, qui nouit in tenebris cõstituta, quia lux cum eo est. Cũ Paulo ita loquatur ore. Cum metu & tremore vestrã salutem operamini. Ac rursum. Dum tempus habemus operemur bonum, veniet enim tempus, cum operari non licebit. Ac si dixeret, nunc mores componite, nunc proximum diligite, & in eum dilectionis officia exhibete, succedent

Matth. 6.
2. Cor. 6.
Galat. 6.
Danic. 13.

Philipp. 2.
Galat. 6.

Luc. 13.

Z dent

dent siquidem sterilitatis anni post mortem, quando iam nullus sit pie viuendi & operandi locus, nullum tempus, nullumq; detur animis spaciū, ut in propria corpora migrantes recondere possint necessaria vite immortalis frumenta, quae debito vbertatis tempore recondere contempserunt. Iam enim partis congestisq; fructibus edendi tempus est, non cogeredi. Steriles anni illi sunt ad operandū, quando sistendi sunt homines ante Christum iudicem aequissimi, ut reportet vnusquisq; pro vt gefit in corpore suo, siue bonum, siue malum, debis tamq; mercedem accipiat. O quam erunt tunc temporis hilares letiq; homines, qui Ioseph sanis consilijs acquiescentes fructus pietatis in illud tempus congesserunt, inq; caelo suos deposuerunt thesauros, vt e fame ita dura liberentur, satienturq; aeterna gloria, immortalitatis illis reddita stola, quia operuerunt nudum. Dapibus caelestibus pasci, quia pauperunt esurientem. Consequuti deniq; misericordiam, quia misericordes in carne suam, id est: proximis suae conditionis, fuerunt, nullū pietatis opus praetermittētes. Quam tristes demissoq; vultu, & pressis oculis erunt, qui non obtemperātes Ioseph vbertatis tempus, vitaeq; periodum permiserūt inutiliter abire, nullos congregādo pietatis fructus. Cum videant elapsū iam esse irreuocabile operandi congregandiq; tempus, & adesse toties praedictos

1. Cor. 6.

Matth. 5.

dictos sterilitatis annos, in quibus, quae seminavit, homo metit, & vniciq; iuxta opera sua redditur. Tunc qui huiusmodi fuerit, arescant aquae vitae si Galat. 6. ti, premuntur dapium caelestium fame, & gratiae vrbibus exuti in carceres trudentur aeternos, vbi qui in carne seminarunt, in corruptione metunt. 2. Cor. 9. Videas, queso, quam intersit omnium, tam pisa tamq; sanis & sapientibus Ioseph nostri consilijs obedire, ne in re ita graui, & in qua animorum quietes sita est, misere decipiāmur.

QVI DEPVNGVNTVR VITA mundum relinquentes, ab vltis, qui in vita manent, pretiosa petant suffragia, vt fecere Israhelae, quando multa & pretiosa nimis petierunt ab Aegyptijs.



XOD. III. Egressuro Israhelico populo de Aegypto barbaro & indomito populo. praecipit a Deo est, vt non tantum pretiosa sua secum asportarent, verū vt mu-

Vitae futurę petenda suae fragta.

uo ab Aegyptijs peterēt vasa argentea, & aurea, vestes, & quicquid pretiosae supellectilis haberent. Quo iussu typice nobis expressum ac significatū videtur, quodcum nobis regredendum aliquando

Sap. 9. sit in terram, ex qua diuina opifice sapientia formati fuimus, migrādumq; ex hac Aegypto, in qua nunc tam misere viuimus, finiendusq; laboriosus hic incolatus, in quo inuicti sapius in rebus nihili occupamur, cum demittenda deniq; grauis ac molestia corporis sarcina, inhabitatioq; terrena, quae sensum multa cogitantem deprimit, c. eumq; illud & ambiguum carpendum per mortem iter, quae nec Philosophorum sapientiae, neq; potentiae regum pepercit vnquam, vt pretiosa nostra nobis cum feramus, vt sunt omnia pietatis officia, corporis maceratio, diuinae legis obsequium, diuinorum praecceptorum obseruatio. Nam honores, diuitiae, voluptates esse non possunt incertae illius viae certae comites. Transseunt siquidem sicut umbra, & sicut nuncijs praecurrens, & sicut nauis, quae pertransit fluctuantem aquam, ac sicut spuma grauis, aut fumus euanescent, euenitq; hominibus illa habentibus, cum defunguntur vita, quod euentus rum praedixit vates sapientissimus David. Noli timere, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit, non sumet omnia, neq; descendet eum gloria eius. Cum ergo commutabilia haec & imbecilla pecuniae membra, quae sapientes nostri nomine tantum bona putauerunt appellanda, cum re ac factis longe aliter iudicassent, relinquenda in mundum

Sap. 9.

Sap. 5.

Psal. 48.
Iob. 27.

di

di Aegypto sint, pretiosa tantum ac vere bona portanda, vt plura illa sint oportet, curemus. Neq; nostris contenti ab alijs, qui in vita manent, quae pretiosa fore & comoda crediderimus, efflagitemus. Efflagitemus (inquam) eorum, qui in vita supersunt pijs orationes, vtilis elemosynae, pretiosissima sacrificia, & id genus alia, quae magnam proficiscentibus vtilitate pariet. Quod diuino consilio & iussu factum vides ab ijs Israelitis, cum demissa Aegypto in promissam sibi terram patuit iter.

CHRISTIANORVM VITA PREPARATIO quaedam debet esse ad aeternam, praestens id fuit in manna, quod sabbatum coligebatur.



XOD. XVI. Non vacat mysterio, quod ante sabbati diem iubebatur Israelitis manna portionem colligi duplicem, quae in sabbatum seruaretur.

Vitae futurae praesens est preparatio.

Seruatum illa essum, sineq; vermibus, & sine vlla omnino corruptione inueniebatur, cum contra reliquis diebus iuberetur. Vt detracto cortice nos, qui bus hisce iusionibus, ac signis nostrae religionis mysteria significabantur, intelligamus, temporalia omnia bona in hoc vitae nostrae die breuissimo colligenda esse, vt in sabbatum seruentur. Colliguntur

I. Tim. 2. tur autem, cum distribuuntur ac effunduntur in
 pios vsus, ac iuxta Pauli præceptum. Nō subline
 sapimus, neq; speramus in incerto diuitiarum, sed
 in Deo viuo, qui abundē præstat nobis omnia ad
 fruendum. Facile distribuimus, comunicamus, diui
 tesq; in bonis operibus curamus fieri, thesaurizas
 musq; fundamentum bonum in futurum, cum es
 tim, quod admonet Esaias, opere perficimus. Si vi
 deris nudum afflictum ac miserum, operi eum, &
 carnem tuam ne despexeris. Cum animo libēti &
 pio esurienti panem frangimus, cum videntes fra
 trem indigna patientem viscera non claudimus,
 cum iuxta Thobie præceptum, si quæ nobis bona
 sunt, ea dispensamus, quando autem ista facimus,
 in sabbatum, id est, quietem æternam, bona nostra
 seruamus. Facimus enim saccos, qui non veteras
 sount, thesaurum non deficientem. Ac tunc non illæ
 sa tantum manent bona ista, verum in æterna com
 mutata, sineq; illis omnino verbibus. Nec enim
 ibi ea tunc demolitur, neq; erago, neq; fures effor
 diunt, & surantur, aut perdunt. Qui homines il
 li felicissimi, qui iuxta diuinum perscriptum bona
 sua hoc pacto distribuentes seruauerunt, vocem il
 lum gaudij & exultationis plenam audiunt. Venis
 te benedicti, &c. Vocanturq; in quietem, perpe
 tuumq; sabbatū, à laboribus cessantes, quibus, dum
 vixerunt, exercebantur, eorum, quæ hic laboran
 tes

tes seminarunt, fructus suauissimos colligentes.
 Quod docet Paulus iniquens. Qui in benedictios
 nibus seminatis, in benedictionibus metet, qui in spi
 ritu seminat, de spiritu metet vitam æternam. Et
 hoc sabbatum præcedens vitæ dies parasceue, id
 est præparatio, nuncupabatur, eo quod vitæ huius
 dies breuissimus sabbati futuri præparatio esse de
 beat, in quo, dum lucem habemus, debemus ambula
 re, honunq; operari. Dum tempus habemus, præpa
 rare lampades, ante quam sponsus veniat, ac denis
 que lumbis præcinctis, incensisq; lucernis, domis
 num expectare. Est enim hæc vera (vt ille dixit)
 Philosophia.

QVOMODO A TENERIS AN
 nis liberi sint instituendi, quibus imbuēdi præ
 ceptis, & ad quā formam effingendi, in effu
 sione vasorum templi ostenditur.



TERTIO REG. VII. Educatio li
 berorum.
 Omnia vasa, quæ fecit Hiram
 regi Salomoni, de aurichalco
 erant, in cæpestri regione Ior
 danis fudit ea rex in terra ar
 gillosa. Qua vasorum fusio
 ne adumbrata quoddā modo videtur liberorū edu
 catio. Qui enim liberos vasa esse cupiunt sacris
 idonea

idonea vſibus, & dominicis digna tēplis, hos cum madida molliſq; maſſa ſunt, cum vda argilla, illis clauſtrorū præceptionibus fundere debent, quarū formam per omnem vitam habere cupient, ita vt integri perfectiq; euadant. Idq; mihi viſus eſt præcipere ſapiēs, cum inquit. Filij tibi ſunt, curua illos à iuuentute ſua. Fit autē huiusmodi fuſio in terra argilloſa, nam puerorum rudis & mollis etas illis potiſſimum rebus, rerumq; opinonibus adhæret, quas primū imbibit. Quo ſemel eſt imbuta, recens ſeruabit odorem teſta diu, ita vt vix poſſis eam poſtea ab illis retrahere. Vnde ſapienter quidam. Diſcende ſunt iam tunc à pueris veræ de rebus opiniones, quæ ſimul cum etate adoleſcent, ita vt ea cupiant quæ recta ſint, fugiant quæ præua. Aſſuefactio hæc bene agere vertetur eis præpe in naturam, vt non poſſint niſi coacti & reluctantes ad male agendum pertrahi. Fit etiam et fuſio hæc iuxta fluentia Iordanis, vt planē intelligas piam ac Chriſtianam educationem eſſe ſacris ſumendam eſſe literis, iuxtaq; diuina legis fluentia facienda. Cū illi, pro quibus mortuus eſt Chriſtus, non ſibi viuere, ſed ei, qui pro illis mortuus eſt, teneantur. Ex hiſ ergo diſcendum, quæ vera nobilitas, quis ſolidus honor, quæ pura voluptas, quæ ſit animorū præſtantia, quæ corporū vilitas, vt ſit animi mancipiū corpus, quo amore proſequēdus proximus,

2. Cor. 5.

mus, quo ſuper omnia diligendus Deus, vt in vno quoq; vitæ modo viuendū ſit. Ex hiſ diſcendū, vitā eſſe militiam, Chriſtianos milites, diſcendum, exiliū eſſe & peregrinationem, diſcendum deniq; quod breui ſtabimus omnes ante tribunal Chriſti, & vnusquisq; pro ſe rationem reddet, portabitq; pro vt geſſerit, in corpore ſuo, ſiue bonum, ſiue malū, Chriſtianos etiam omnes agricolæ eſſe, qui meſſuri ſint, quæ ſeminauerint. Quæ enim, inquit Paulus, ſeminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptio nem. Diſcendum etiam, quæ, quanta, & quam inef fabilia bona probos expectēt Chriſtianos, & quod mala improbos, vt ad huiusmodi præcepta formati homines, cum e vita hac labili ſit diſcedendum, cum vaſa fuerint non incontumeliam, ſed in honorem formata, digni habeantur, qui cœleſti templo adaptētur. Quis ſacris in literis mediocriter verſatus, e inumeris ita formatis vaſibus vnum potiſſimum non miretur, regem vt pote Dauidem, cui tā ſuit omni tempore chara diuina lex, & vt dixerit, non eam memoriæ mādāſſe tantū, nō eam fuiſſe loquutum, ſed in corde, nec vt cuiq; in corde, ſed in medio cordis repoſuiſſe. In capite libri ſcriptū eſt de me. &c. Et legem tuam in medio cordis mei. Vnde & illius agnoſcens valorem eam ſuper aurū & topazion res alloqui pretioſiſſimas, & pro

Iob. 7.
2. Tim. 2.
2. Cor. 5.

Galat. 6.

Pſalm. 39.

quibus desudant homines, dilexisse asserit, fuisseq;
illi in hac peregrinatione odas, cantusq; suauis-
mos. Cantabiles mihi erant iustificaciones tuæ in
loco peregrinationis meæ. Inq; rebus aduersis sos
lamen. Hæc me consolata est in humilitate meæ,
quia eloquium tuum viuificauit me. Indutis consi-
lium. Consilium meum iustificaciones tuæ. In obscu-
ris lux. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, &
lumen semitis meis. Vnde & beatos dixit, qui in
illa die ac nocte meditarentur, qui illius scrutaren-
tur mysteria, ac deniq; quos erudisset dominus,
deq; lege sua docuisset. Percurrensq; ex innumeris
illius utilitatibus aliquas, ita uates loquitur sanctis-
simus. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui
iniquitatem. Perissem in humilitate meæ, nisi quod
lex tua meditatio mea est. Super senes intellexi,
quia mandata tua quasiui. Qui se ita componunt,
legiq; diuina & illius obseruationi acōmodant, va-
sa sunt coelesti digna templo.

QVANTO PE OPORTEAT,
proponi pueris optima ad imitandum exem-
pta, ut ex illorum aspectu concipiant animo,
quæ sint postea ædituri opere.

Educatio II
berorum.

GEN. XXX. Iacob diuina edoctus in-
dustria pactum cum Labam socero suo ini-
uit. Id fuit inter utrosq; sancitum. Ut qui unius co-
loris

loris essent agni, fuissent Labam, qui uero uarij,
Iacob. Vnde uirgas populeas, amigdalinus, & ex
platanis decepsit Iacob, quas, ut uarij coloris effec-
partim decorticauit, & in canalibus, æquibus potã
di erant greges, constituit. intelligens earum aspe-
ctu frequenti similes factus ædituras oues, quæ in
coitus calore uirgas spectarent. Admonentur tam-
men hoc exemplo parentes, etiam & magistri, ac
pedagogi, ut optima quæq; discipulis proponant,
& ea, quæ illis futura uilia intellexerint, ablato
cortice interpretentur. Quæ uero difficilia intelle-
ctu, aut illis parũ cōmoda agnouerint, illa suo latẽ
re cortice patiãtur. Ipsi tamẽ è frequẽti auditu &
aspectu ea omnino cōcepturas animo intelligãt, ac
tempore suo ædituros opere, quæ uiderint, quæ
audierint, quæ in alijs attente, ut solet ista ætas,
spectauerint, siue uisus, siue uarij coloris illa
fuerint. Vnde essent selectissima quæq; proponen-
da illis. Erunt procul dubio ueraces, sobrij, fidi,
integri, ac mere christiani, si ueritas, sobrietas,
fides, integritas, religio, fuerint illis ad imitandum
proposita. Neq; unquam aut audierint, aut con-
spexerint alia. Quod si inonestos sermones, ope-
ra parum pia uiderint in his, qui sibi sunt ad imi-
tandum propositi, rarissime eueniet, ut, qui nisi
gras contemplãtur uirgas, cãdida concipiãt. Quæ
admodum & raro fit, ut, qui sæpius loquentes
Gallos

Gallos audit, Hispanos, quos nunq̄ audiuit, imis
tetur, aut quod concipiat ouis ex hircō, quem nun
quam vidit. Utantur ergo Iacob industria, qui bos
nā indolis adolēcentes habere cupiūt, atq̄, quod
faciunt periti pictores, ea rudibus proponant dis
cipulis, quæ illorum penicillis cupiūt imitata. Fie
ri enim nequit, vt si deformis illis proponatur ima
go, delineetur pulchra, & si pulchra, deformis pin
gatur. In his tamen quemadmodum laudari & de
bet, & potest industria Iacob, vituperari & des
bet, & potest & magistrorum & parentum igna
uia. Qui, cum filiorum corpuscula cæcō quoddam
amore prosequantur, nulliq̄, neq̄ sumptui, neq̄ la
bore parcant, vt si quæ illis vitia insunt, quæ corri
gi possint, corrigantur, liberenturq̄ morbis, si ve
xantur aliquibus, ita contemnunt animum, ac si
non corpus animi esset mācipium, sed animus cor
poris. Neq̄, vnquam eas decorticant virgas, consi
lia utpote, siue præcepta, quæ per omnem vitam
futura illis vtilia sint, sed ea siue cum bibant, siue
cum comedūt, aut cubitum proficiantur, aut col
loquuntur aliquibus, quæ præsens illis venenū sunt
futura, scurriles sermones, obscœnos iocos, inhone
stos amores, & his alia scœdiora & perniciosiora.
Indeq̄, euenit, vt plures Labam sint, quam Iacob,
plures mundi, quam Christi. Miranturq̄, homines
nescientes causam, propter quam vniuersus fere
orbis

orbis sceleris & iniquitatis sedula sit officina, cū
hæc sit potissimum, maiorum ingenia, prauum exē
plum, male sana consilia, quæ vacua & noua adolē
scentum ætas spectans exprimit, & imitatur. Vn
de bellē & verē quidam. Serpente ciconia pullos
nutrit, & inuentis per deuia rura lacertis, illi eadē
sumptis querunt animalia pennis. Vos ergo parē
tes, vos magistri, ac deniq̄, maiores omnes huius
calamitatis non minima sed maxima fortasse pars
estis. Præsensit id Eleazarus, qui nec peccatum,
nec peccati simulationem admittere voluit, ne il
lius exemplo iuuenum peccaret lubrica ætas.

2. Mach. 6.

A B ETHNICIS A V T O R I B V S

quæ sint & quomodo capiēda, & in christia
næ philosophiæ conuertenda vsus.



XOD. III. Cū ex Aegy
pto migraret Israelitica multi
tudo, diuina instructione & cō
silio, quidquid pretiosæ supels
lectilis erat, ab Aegyptijs mu
tuo poposcerunt, vt signa, ar
gentum, aurum, pretiosas vestes, quibus postea di
tatum est domini templum. Intypam, quod qui ex
Aegypto, profanis superstitionibus relictis, ad
christianam pietatem & religionem se se conuer
tunt,

Ex profana
lectione vti
licas capien
da.

tunt, ethnicas literas, quas antea didicerāt, in illius
 vsū conuertāt, vt. si quod sapiētiae aurū, si quod
 eloquentiæ nitidum ac sonorū argentū, si quas ves
 tes humane societati accommodatas, vt leges gub
 bernādæ reipublicæ vtilēs. Quæ autē profana sūt,
 & inutilis, indignaq; purissima religione, cui se ad
 dixerunt, missi faciant. Quod fecerunt viri san
 ctissimi, simul ac sapientissimi, Cyprianus, Lactan
 tius, Victorinus & Hylarius, quorum ingeniū fee
 licissima, aurea pectora, suauēs linguas, nō est qui
 nō miretur & sufficiat. Et quod isti in seipsis præ
 stiterunt, nos etiam in euoluendis ethnicis autori
 bus præstare poterimus, accipientes ex illis, si quæ
 sententia grauis, si quod dictum elegans, si quod
 factū memoria dignū, idq; tanquā ab iniustis pos
 sessoribus, & omnia in christiana philosophia vsū
 conuertentes, eorū superstitiones, auaritia, falsam
 deorū multitudinē, ac præpostera rerū iudicia os
 mittētes: Aegyptia enim illa sunt, & nequaquā in
 Israeliticis aedibus introducēda. Nec enim vitio vn
 quā dabitur sobrie & cū delectu in Platone, Aristote
 le, Seneca, Plutarcho, Stobeo, Vallicoverfari, etiā
 & in Homero, Marone, Oratio, Lucano hisq; simi
 libus autoribus. Qui tot, tā grauis, tātaq; maturi
 tate, & acie ingenij dixerūt. Accipiatq; ex his, quæ
 nō erūt (mibi crede) pauca, nec vilia in nostræ sciē
 tiarū Regiñe Theologia vsus sapiēter conuertere.

QVO

QVO DELECTV IVDICIIQVE
 maturitate ethnicorum autorū volumina sint
 euoluenda, quæ amplectenda, quæ reicienda
 ex illis.

DEVT. XXI. Iubetur mulieris capti
 uæ caput radendum, supercilia & omnes
 corporis pilos, unguēs etiam esse ressecādos, si quis
 ex Israelitis velit illa sibi coniugio cupulare. Qua
 iusione mysticē nobis significabatur, ethnicas li
 teras esse repurgandas, ressecādumq; ex illis, quod
 vita caret & sensu, quidquid in eis certum, purum
 & vtile non est, ac vita christiana, christianoq;
 sensu dignum, vt plurima passim inuenies, etiam
 in his autoribus, quos vt sapientissimos veneramus,
 vt in Plutarcho, Mercurio Trismegisto, Plinio, Ci
 cerone, & similis notæ alijs. Hac autem amputatio
 ne iudicio facta, in christianam eruditionem trans
 ferre poterimus, nobisq; copulare, & velut natiuū
 ac propirū efficere, quod inuenerimus in ethnicis
 laude dignum. Id ipsum videtur significare, cum
 Esaias nouacula acuta barbam & pilos radit pecc
 cantium. Et Ezechiel in typo fornicantis Hie
 rusalem tondere iubet Cesariem. Fecere id mis
 ra dexteritate, ingenijq; præstantia, Clemens, Alex
 andrinus, Iustinus martyr, diuus Augusti
 nus, sacer Hieronymus, Firmianus Lactans
 tius,

Ex profana
 lectione vtil
 itas capien
 da.

Etal. 7.

tius, in quibus passim inuenias sententias, prouerbia, & dicta ethnicorum sapientum, quibus sapius grauisimam suam sanctissimamq; doctrinam, respergunt. semper inutilia, ut quæ superflua, mortua, ac sine sensu sunt (ut diximus) ressecantes. Nō ita faciunt homines male sani, qui arthenei potius quam api, aut formicæ similes, non flores, non grana in exteris autoribus querunt, sed inanes fabulas, blandos canendi modullos, male sanos amores unguis demiq; quibus se excarnificenti, leuissimos pilos, muliebremq; casariam. Illos legunt ac perlegunt, & (si dictu fas est) ediscunt, legē tamen Dei sui, qui studiosos suos reddit beatos, nec magis nos runt, quam si aut Dei sui non esset, aut exleges essent ipsi. Miseros homines, quibus post repertum Cereris usum sapiunt glandes. Miseros homines, qui proprios animos emasculant, & quod horribilissimum est, venenant.

EX PROFANIS AVTORIBVS
quæ sint & quo delectu capiendæ, utq; ex eorum manibus extorquendus sit aliquando gladius.

Vtilitas quo modo capienda ex profana lectio

REG. XVII. Dauid elegans ac generosus adolescens, cum immanem Goliath aggrederetur, & iam lapide, quem funda librauerat, frontem

frontem illius percussisset, & prægræde illud horrendumq; corpus iaceret prostratum humi, gladium ipsius arripuit, quo gigantis caput præscindit & amputauit. Quo factio significatum nobis est, & religionis hostibus sepius gladium, id est armam, in quibus confidunt, esse arripieda, ut sunt, varias rerum cognitio, eloquētia, ingenue artes, suisq; armis esse in illos insurgendum. Tunc enim speciosior victoria est. Quod fecisse videmus Paulum, cum ab ara ignoto diuinitate Deo in Athenienses argumentum retorsit. Feceruntq; multi siue è iudeis siue è gentibus in religionem nostram conuersi. & faciunt hodie pleriq; : apud exteras nationes, ut illas reuincant, & fidei lumine suffundant, etiam & viri societatis lesu, quos diuina bonitatis periculosis hisce temporibus apud Indos, quos dicunt Lusitanos, inuexit in mundum, ut vitæ cados, & quæ in illis lucet maxime purissimiq; doctrina omnibus essent adiumento, & illorum seruore charitas, quæ in multis refrigerat, incalcescat, incendaturq; magis. Non ergo culpandi sunt, sed fouēdi & laudandi qui ista faciunt, & è manibus Goliath gladium arripiunt, è philosophis oratoribusq; poëtis, fulgurantes gladios extorquentes, quos in sibi similes, si occisus fuerit oblata, struunt.

AA. 17.

Literati religionis vi-

AA QVO

QVO PACTO IN LECTIONE humane sapientie rescandant, que nostrae religioni videbantur non consonare.

Utilitas pro
sa. et lectio
nis.



XOD. IIII. Moysen, cui egerederetur de Aegypto, condux comitabatur alienigena, cui. eo quod filium non circumcidisset, mortis terrorem incussit angelus quem circumcidens ad placuit. Gessit autē Moyses typū theologiae, sublimiorisq; scientiae, cui alienigena solet sepm esse comitax, et moralis, naturalisq; philosophia, quae illam comitantur. Cui, partus ni circumcidantur, minabitur angelus, circumcisi tamen Israeliticae sunt nobilitatis, mite scitq; diuina iustitia minator. Exempli causa: immo tolem ananiam philosophi prohibent. pium id. Asserunt ex eis; laiciq; de corporibus in corpora transire, deq; religionis particeps naturā, in expertem. Haec quasi carnea praesentia abscondenda sunt, reuertiendaq; procul. Alij Deū esse fatentur, et qui sit rerum omnium conditor ad conseruor. Certa ista, sed uelut inopi artificem materiam illi supponunt, ex qua mundi machinā fecerit. Plurāq; commenta his similia. Circumcidenda ista sunt. PACTO est enim seculi sapientia stulticia, comprehensiq; sapientia in astutia eorum. Vn

1. Cor. I.

de PAUS

de Paulus. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi inquisitor huius seculi. Et tunc propitius fit angelus et coniugi, et filio, ut pote qui ea dogmata doceant, quae ab ecclesia sanctissima Romana non sunt aliena, quae illius decretis consonant. Haec ergo iudicij maturitate, gratiq; prudentia, qui, quae appetant ingenuas artes, profitentur, sunt et suri. Ut gladio spiritus, quod est uerbum Dei, quem deum, et explicat catholica fides, circumcidant quidquid in illis aduersum, aut dissonum sacris suis literis uiderint, reijciantes illa ut falsa, quae tamen suis literis prodita sunt amplectentes ut uerissima, rescindentes (inquam) quae de mundi creatione, de animo, de angelis, hisq; similibus parū pie dicuntur. Hisq; liberis ita circumcisis, et uir, et alienigena uxor, et partus placebunt Deo, angelisq; minae cessabunt.

TUNC POTISSIMUM SVIS AD est Deus. cum laboribus vexantur, est enim illius amicitia fatisima.

EXVLANTI Moysi Hieroq; sacerdoti uoxes pfectu Deus qui in tribulatione nunquam desinit suos, sed cum sint multa tribulationes iustorum, de omnibus liberat, in rubo apparuit vel facto indicans adesse cum suis inter spinas, non in rosetis, alijs uel uoluptuosiss arboribus, ad esse (inquam) eam in suorū luctu, ut eos consoles

Tribulatio.

Psalm. 33.

tur in suorum laboribus, ut operiretur illis. Neque enim aliud exprimunt spiritus, nisi huiusmodi incommoda vite, dolores, & labores, quibus solet Deus exercere suos, ut eos probet, & experimento discant, purificentur ne ut argentum & aurum in tribulationis igni, an velut gluma & palca oburantur. Quod nunquam illi contingit, cum in regis aula versaretur Pharaonis filia gratus, nullo lal ore oppressus, neque dolore afflictus. Est enim longe diuersa diuina conditio ab hominum condicione. Homines enim tunc potissimum amici sunt, cum sunt serena cuncta, nulla aduersitatis obsecrata nule, cum, ut plaude fortuna, & ex vito contingunt omnia. Deus tamē, & si suis semper adsit, eo tamē iocisissimum tempore in sibi dilectos amorem effundit, presentemque se esse ostendit, cum humana desunt presidia. & in labore sunt, factens cum tentatione ne prouentum, ut sustinere possint.

Exo. 9.
Diuina amici.

I. C. Or. 1c.

NON DESERIT DEVS SVOS,
cum in labore sunt, quin potius presens illis est, & consolatur: ut fecisse constat Iacob irati fratris conspectum fugienti.

GENE. XXVIII. Iacob vir inculpatis moribus vitaeque sanctissimae, cum Esau fratris

fratris sui conspectum fugeret, qui propter ardeantem patris benedictionem insensus erat illi, cumque pergeret Mesopotamiam, donec effervescentem iram deponeret frater, cum ad Harā peruenisset, & ibi quiescere vellet, quia iam sol occiderat, tollens de illius loci lapidibus ceruicem parauit, quae etsi lapides, suppesuit cariti, ubique dormiuit. Cumque in somnijs esset, Deus, qui oculos habet super iustos & aures in preces eorum, mirabile illi scale visionem ostendit, quae in terra posita culmine caelum pertingebat. Quod illi non euenit, cum indutus erat vestibus Esau: v. l. de honis, pretiosis, & odoris feris, cumque in materna domo versabatur. Quod & continget omnibus, qui pro Christo labores subierint, duraque fuerint percipiti, qui non in molli voluptatum lecto delitiosaque vite iacuerint sed in lapidibus quieuerint. se ipsos abnegantes, erucem tollentes, & Christum, qui via est, veritas & via, sequentes. His praeter diuinam consolationem, quae illis praesto aderit, & sua mysteria ostendet Deus, quae a seculi sapientibus & prudentibus abscondit. Quod si scale mysterium spectes, praeter illud quod doctissimi plerique significare dixerunt, scilicet quod inferiora omnia a superioribus pendent, ab illis quae vim & virtutem accipiunt, alijs non minus doctis videtur, voluisse Deum redemptionis nostrae mysterium scala praesignare, & per eam in

Tribulatis
adest L. aur.

Diuina amici.

Math. 16.

Math. 11.

Scale significatio.

terra positam coelumq; tangentem Christum intel-
ligi, cuius diuinitas terræ, id est humanitati, erat
communēdā, quicq; descendit ad nos, & nos per eū
ascēdinus ad patrem. Neq; enim cuiquam aditus
ad coelum patet, nisi hac ascendat sanctissima sca-
la. Si quidem non est datum aliud nomen homini-
bus, in quo omnes saluos oporteat fieri.

Aa. 4.

INTREPIDO SINT ANIMO,
qui diuinam querunt gloriam: aderit enim
illis Deus in omni tribulatione. *in tribus precor*



ANI. III. Fuit etiā tribus
litionis typus caninus ignis,
in quem iussu Nabuchodono-
sor regis cōiecti fuerāt tres il-
li nobilissimi immortalisq; me-
morie adolescentes Sidrach,

Misach, & Abdaga. eo quod in Dei iniuriā aurā
illius seruā. atq; e nolissent, sed infractō intres-
pidoq; animo veri Dei cultores se esse publice &
corā crudeli rege confiterentur. Vnde in ardentē
flammā iunmissis, non tantū eorum corpora non
sunt combusta, & in cinerem redacta, verum nec
tacta vestes, sed in medijs ignibus aura recreaban-
tur rosea & suavissima, inq; eorum medio ange-
lus aderat veluti discutiens flammā. Et nomini ad-
dolescen-

Tribularis
Scalficitis
adest Deus.

3207

3208

3209

3210

3211

3212

adolescentes hymnū occinebant pro ingenti benefi-
cio, quo illos afficiēs suā gloriā illustrabat. In typē
pū & exēplum, quod qui cunq; moribus, vita, &
sermonibus Deū fuerint confessi, neq; illius euāge-
liū erubuerint (etiā si eos homines scelerati & ve-
farij, quorum est similitudo edere opera, fuerint vsq;
ad ignes persecuti, aut vt falsa simulachra adō-
rent, aut vt honestum viuendi modum dimittant,
relinquantq; arctam salutis viam, quam soli, qui
ingrediuntur, salui fiunt, & publicam ambulans,
ac idōlis in gaudiis, voluptatib; & honoris
colla demittant, & genua flectant, nec tamen
eos à recto proposito viuēdiq; modo auertere pos-
tulerint) certo sperent, fauorū illis Deū, & ad-
nimū secreto quoddam gaudio & latitia suffu-
surum. Custodit enim dominus omnes diligētē-
tes se, in eos suos dirigit oculos, & suas in eorum
preces inclinat aures, & si multæ sint eorum tribu-
lationes, de omnibus liberat, & est cum ipsis in tri-
bulatione, vt eos eripiat, & glorificet. Quæ omnia
nobis significarunt & aura, qua recreabantur ad-
dolescētēs, & angeli præsentia. Tandē ita eis optu-
latur, vt in gratiarū actionē psalmos canētes
dicāt. Benedictus dñs Deus, q̄ docuit manus nostras
ad præliū, & digitos nostros ad bellū. Benedictus
dñs, qui nō dedit nos in captiōē dētibus eorū, ani-
ma nostra sicut passer crepta est & laqueo venantiū

Matth. 10.

Diuina epis
Psalm. 144.

Psalm. 143.
Psalm. 123.

Aa 4

noues

Novcrunt sancti omnes, quam præsto adsit Deus
 suis in ærumnis, in laboribus, & tribulationibus.
 novit David regius propheta, qui ita diuina ful-
 tus & excitatus sper aiebat. Dominus illuminatio
 mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protes-
 etor vite meæ, à quo trepidabo? Dum appropiant
 super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tris-
 bulat me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & occide-
 runt. Si consistat aduersum me castra, nõ timebit
 cor meũ. Si exurgat aduersum me præliũ, in hoc
 ego sperabo. Et rursum. Si ambulabero in medio
 vmbrae mortis, nõ timebo mala, quoniã tu mecũ es.
 Nouit & Iacobus, qui ita loquitur. Gaudete frat-
 res, cum in varias tẽtationes incideritis, scientes
 quod tribulatio patientiã operatur. Nouit & Pau-
 lus, cũ inquit. Quẽ diligit dominus, flagellat, & ve-
 lut in filio cõplacet sibi. Quis est enim filius, quem
 non corripit pater? Ac iterum cum de se ipso lo-
 queretur, repletus sum consolatione, aiebat super
 abundo gaudio in omni tribulatione. &c.

NON EST DESERENDVS DE-
 ius cultus ob incussum à tyrannis timorem.



AN T. III. IIII. Daniel ob mirabiles suas
 virtutes, & inauditã in mysterijs cruen-
 dis sapientiam mirè fuit Balthasari ac

Dario

Dario Babylonis regibus charus, ita vt eũ alter ob
 interpretatã scripturam, quæ cum regno deturbã-
 da n̄ prædicebat, & purpura induerit, & aureo
 torque donauerit, alter acceptum beneficium cons-
 firmauerit, et auxerit. Huiusmodi leta ac splendida
 fortuna ita exacerbauit Satraparum animos,
 vt omnibus modis ac vijs laborauerint obscurare
 illam, & Daniëlem à latere regis amouere. Sed is
 ita erat fidelis, vt (vel diuina attestante scriptura)
 omnis culpa et suspitio non inueniretur in eo. Tunc
 q; aliam ingressi viam, regem hortantur, vt edic-
 tum promulgare faciat, quo iubeat, neminem à
 Deo vel ab homine aliquid intra triginta dierum
 spatiũ petere. Quod si quispiam contrafacere sue-
 rit ausus, in lacum mitteretur leonum. Impulsus ho-
 rum suusu rex publicari fecit edictum eius subscri-
 ptum nomine. Id eo animo faciebant principes ac
 Satrapæ, quod intelligerunt, Daniëlem ita esse Dei
 sui amantißimum, & legis suæ obseruantissi-
 mum, vt si innumera illi proponerentur mortes, innume-
 ra q; supplicia, non esset quidpiam cõtra illius vo-
 luntatem factururus. Quod confirmauit euentus. Cũ
 enim comperisset Daniel regis edictum domum
 suam est ingressus, neq; enim ianuas & fenestras
 clausit, parietum rimas oclussit, sed apertis fenest-
 ris diuino quoddam animo & pectore cõtra He-
 rusalem tribus temporibus in die, flectebat genua

Assiã suo
 nomine as-
 seit Deus.

Inuidie diei
 rumingenis

Ad 3 sua

sua, & adorabat, cōfitebatur que coram Deo suo. Huiusmodi amat animos Deus, huiusmodi pectora diligit, quæ nullis terroribus, nullis minis ac tormentis cum confiteri erubescant: sed quæ intrepide audeant illius se discipulos profiteri. Nos verò fœminis similes, lepore et damatiniōdiores ob vanas mundi leges, ob iniquorum hominum conuitia et obrectationes, à piè viuendi modo desistemus: cū in lacum leonum non simus mittendi, sed liberandi potius si constemus: quin potius, cum nos odio habet mundus et persequitur, tunc fenestras aperiamus, tunc nos publicè Christi esse discipulos gloriamur. Quod fecit vir sanctissimus & nobilissimus Daniel. Viri illi iniqui, quibus vexabat inuidia, curiosus id inquirentes Danielem inuenerunt orātem, & obsecrāntem Deum suum, tunc que regem ad eum, et Danielem edicli regij, cōtemptorem & transgressorem denuntiant, petunt q̄ importune, et puniatur pœna regis literis assignata. Affectus est tristitia rex ob delatum Danielem, & modū curabat, quo eum posset liberare, id odorantes eanes illi impudentissimi, ita sunt regem alloquuti. Scitō rex, q̄ lex Medorum, atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari. Tunc regis iussu Daniel est adductus, et in lacum missus, cui lapis superponitur, qui regis et optimatū a nullis ob signatur. Cum q̄ summo mane

ad

ad lacum perrexisset rex, ita est Danielem affragatus. Daniel serue Dei viuētis, Deus tuus, cui tu seruis semper, putas ne valuit te à leonibus liberare? cui Daniel, rex in æternum viue. Deus meus misit angelum suum, et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi: quia coram eo iustitia inuenta est in me, sed et cor ante, rex, delictum non feci. Sic que euenit omnibus pro Christi nomine & honore patientibus. At si quando diuino visum fuerit numina, vt comburantur ab igni dilacerentur, à bellis, gaudent vestem animi, id est corpus, dilacerari, vt in cœlum euolet animus. Gaudent, quocunq̄ id fiat modo, auferri illis exilium, vt patriam cœlestem petant. Gaudent, corporis concham frangi, vt gemmans in gloria splendeat animus, gaudent denique tam breui dolore, et labore letitiam, et quietē parasse æternam. Quod fecisset Daniel, ni Deus pronominis sui gloria contra disposuisset.

QVI SPATIOSA RELICTA VIUENDI VIA ARCTAM INGREDIUNTUR, PRÆPARENT SE AD TENTATIONEM.

EX O. V. Cū populus Israeliticus Moysis sententiam approbasset, libertatis q̄. Desiderio exarsisset: tūc hostis maiore incensus in eum odio, illos magis premit, affligit, ac molestat. Inty pūg eos,

Tribulationes ob quid euenire iussu solent.

qui

qui euangelicæ doctrinæ fidē habent, vitæ q̄; à peccato li. erant cupiunt viuere, humani generis dirus hostis multis grauibûsq; tentationibus exercet. Dolet, quod illius iugū excusserint, quod illius mancipia esse nolint, quod Christi gloriam querant, quam ipse tantopere cupit obscuratam. Et ita illos persequitur odio, q̄; habet. Vnde sapiēs: filij accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, et in timore, et præpara animam tuam ad tentationem. Id autem ita euenire diuina permittit pietas non sine eorum maximo amore, quæ, quos diligit, flagellat, paternum in eos habens animum: facit q̄; illis cum tentatione præuentum, vt sustinere possint, probansq; sibi electos tanquam aurum in fornace. Vnde, vt id semper in mente habeant, animoq; non deficiant hæc eos alloquitur Paulus. Omnis quidē disciplina in præsentī. &c. Propter quod remissas manus, et soluta genua erigite &c. Qui ista patitur, quid faciant Dauid admonet dicens. Expecta dominū, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum. Qui gaudent, quod in varias tentationes incidant, equibus breui sūt eripiendi, ij veri sunt Israelitæ. Q̄; verò franguntur aduersis, atq; q̄; obid ab inceptis sanctissimis desistunt, similes illis sunt, qui aiebant, vtinam Moses nunquam venisset, & in Aegypto moreremur.

Eccli. 2.

Heb. 12.
1. Cor. 10.

Heb. 12.

Psal. 26.

EXAL

EXALTAT HUMILES DEVS, DE
primit superbos, id fecisse constat in Aman
& Mardocheo.



EST. V. Parauerat Aman vir insolētissimus pijsimo Mardocheo patibulum, vt appenderet ex eo. Non enim ferre poterat hominem cupitam illi venerationem non deferēt. Diuino autem consilio factum est, rogatu etiam Hesther reginæ Assuero suauissima, vt humilita Mardochei exaltaretur, cuiq; iustus verteretur in gaudium: deprimeretur autem Aman insolentia, et æquissima regis sententia pœnas ipse solueret, ad quas iniustissime Mardocheum damnauerat. Intyrum eorum, qui ecclesiam, fid. les q̄; suos nulla alia de causa persequuntur, va ijs q̄; supplicijs vitam adinere curant (quod hodie hereticorum pleriq; faciunt, & in ecclesia principio faciebant multi) nisi quia Baal omnes genu non flectunt, et eorum vanas superstitiones non curant, vero Deo intrespidis animis seruentes, sanctissimis q̄; illius iussis obtemperantes. Hi autem, et si nunc in iustis, et squallore vitam agant, ad summos postea immortalesq; honores exaltabuntur. Impij autem istorum oppressores, tanquam puluis, quem proiecit ventus

Iustos in Tur
si presequitur.

uentus

uentus à facie terræ, discutietur momentaneo illorū
hōnore in eternā mutato ignominiam, in unī glo-
ria in veram et perēnem pœnam; breui et falso
gaudio in luctum verum et immortalem. Ab ho-
nōris itaq; fastigio, quō se esse constitutos ipsi
nis et gloriabantur, et placebant, deprimentur in
inferos. Vbiq; illis infelicitas contingeret, non erit
felicitati, quæ uidentibus illis contigerat, unquā lo-
cus. Illa enim grauisima erit ac nunquam habitur-
rā finem, ista autem momento illis durauit et efful-
sit. Quod euenisse Aman, non est qui non memine-
rit, ac nouerit.

MVNDI ODIVM ADVERSVS VI

ros inculpatoſ & pietatis studiosos præsigna-
tum fuit in sequenti Saulis Dauid Mansuetissi-
mum persequentis.

Intus illi iustus
ob quid per-
sequantur.



ECVNDO REG. III. Facta est at-
tē longū concertatio inter domū Dauid
& domum Saul. Et c. Hæc enim cōcerta-
tio figurā fuit concertationis, quā mūdus, et qui
illius sunt, erāt habituri aduersum Christi domum,
id est ecclesiā uirū ex lapidibus ab illo conditam,
quam in principijs potissimum ecclesiæ aperte vi-
dimus. Insanebat enim, sautebatq; mūdus aduersus
dominum, & aduersum Christum eius. Ita ut qui
Christi gloriarentur nomine, & religione, nō uide-
tur

tur in carceres, mitteretur in exilia, paternis pro-
prijsq; bonis multaretur, varijs afficeretur suppli-
cijs, odio habiti propter nomen illius. Quod expli-
cuit Paulus, non minoribus ipse laboribus vexatus,
cū de se ita loquitur. In carceribus abūdantius, in
plagis supramodū, in mortibus frequenter. Ac rur-
sum cū de sanctis, et qui Christo constanti animo
adhercebant, ab eo fieret sermo, inquit. Sancti ludi-
bra et uerbera experti, insuper et uincula et cari-
ceres, lapidati sunt, sceli sunt, in occisione gladij
mortui sunt, ambulauerūt in mellotis, & in pellibus
cuprinis, cogētes, angustiati, afflicti, quibus dignus
nō erat mundus in quibus expresse uides, quā fue-
rit Dauid id est Christi domus inuisa Saulis domui
id est mundo in maligno cōstituto. Et si enim mag-
nos grauisimos que labores passus fuerit Dauid,
eiusq; familia à Saule uiro sanguinario, cum eum
læce transfigere, uita priuare nulle intenderit mo-
dis. Vnde profugus ipse nūc ad alienos confugit,
nūc terræ latebat hiabibus, et petrarum speluncis,
nullibi desideratam pacem & quietem inueniens.
Grauiores fuerit labores, quos dira exquisiuit in-
dustria mundi, ut Christi nomen aboleret, splen-
dorem obscuraret, fieretq; uitæ autor tanquam
mortuus à corde. Quis enim unquam Phala-
ris, quis Dionysius, homines humani generis
hostes

2. Cor. II.

Heb. II.

Ioan. II.

1. Reg. 19.

1. reg. 24.

P salm. 30.

hostes acerrimi, & ad seuitiam nati, tanta tamq̃
dura cogitarunt supplicia? Quot ac quanta in Chri
stum illius q̃; scholam seuis ex-pulsiunt mundus
cum alios ferro peremerit, alios flammis ad-serit,
alios lapidibus obruerit, alios in feruentes lebetes
immiserit, alios ignitis pectinibus exarauerit, alios
crucibus affixerit, alios membratim discerpserit,
alios rabidis feris tradiderit rabidior ac ferocior
ipse. Ex quibus colliges plane, quam longa fuerit
conseruatio interdomum Dauid, et domum Saul.
Neq̃; desinit hodie Saul, aut feros suos exuit mo
res. Sed semper mitissimum insequitur Dauid, et
suos. Quod fieri eides à barbaris his nationibus,
quae diuinae legis uigo colla nõ submiserunt. quibus
dulcissimum Christi nomen, infensissimum est, eius
q̃; discipuli grauis etiam visu. Neq̃; longe sunt à
Saulis animo Christiani homines, qui, cum ipsi tur
piter uiuant, pie uiuentes dicitur et cõuicijs inse
ctantur. Sed cedit uictoria uictis, proficietq̃; sems
per, robustior q̃; fiet Dauid, et in profectu filiorũ
gaudebit, proprioq̃; cõcidet gladio Saul, id est pro
prijs sceleribus punientur, qui pectore uita q̃; illi
similes, Christum mansuetissimum quouis modo
persequuntur, illius q̃; exagitant familiam, & uas
rijs laboribus exercent, erumnis premunt, & tor
mentis afficiunt. Lætentur tamen ipsi, quod priua
ti solo, ascribuntur coelo: quod uita orbatis mortali

continget

continget illis aeterna, quod momentaneis vexati
laboribus: gaudijs fruuntur perpetuis, ac deniq̃
quod in paucis vexati, in multis bene disponentur.
Quia inueniet Deus illos dignos se.

MUNDVS CHRISTIANAE RELI
gionis professores ideo persequitur, quod quae
illi pretiosissima sunt contemnant & asper
nentur.



X O. VIII. Cum ob incussum
à Mose timorẽ potenti q̃; illius
manu, qua tot operatus est mi
rabilia, permittet Pharaõ po
pulum Israeliticum sacrificare
dixit. Itẽ & sacrificate Deo ue
stro in terra hac. Cui Moses: non potest ita fieri: a
bominations enim Aegyptiorũ immolabimus Deo
nostro? Quod si mactauerimus ea, quae colunt Aẽ
gyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Quo res
sponso plane significata est causa, propter quam
Christus mundo sit odio habitus, illiusq̃; sectatores
inuisi, et doctrina suspecta. Immolabat siquidẽ cor
ram Pharaone populo q̃; suo eorũ abominations.
Suspiciẽbat honores mundus, colebat diuitias, secta
batur voluptates, honoratos diuites, & voluptuos
sos scelices habebat, et beatos indicabat. Hęc autẽ
omnia immolabat, immolariq̃; iubebat Christus, cũ
cõtra protulit. Beati pauperes spiritu, beati qui lu

Inuisi su
nos qua de
causa perice
quantura

B b gent

Math. 5. gent, beati qui esuriunt, et sitiunt iustitiam. Et tū docuit, quod qui se humiliauerit, exaltabitur, et qui se exaltauerit, humiliabitur. Ac rursum cum dixit, vae vobis diuitibus, vae vobis qui rideis. Et iterum, cum monuit aspernandos honores vt inanes, contemnendas diuitias vt incertas, fugiendas voluptates vt perniciosas, mundū deniq; odio habendū vt fallacem, illius q; amicitia sibi esse inimicam, sectatoresq; suos non debere cōformari secus lo, nolite (inquiens) diligere mundū, neq; ea quæ in mundo sunt. Qui enim diligit mundū, non est charitas patris in eo. Et diuus Iacobus: amicitia enim huius mundi inimica est Deo. Et qui voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei cōstituitur. Ac rursum nolite cōformari huic seculo. Quia ergo huiusce modi Aegyptiorū abominationes immolabat, mori q; ac prorsus extingui iubebat, illum odio habuit cum Aegyptijs suis mundi Pharaō habetq; hodie. Et lapidibus vellet obruere eos, qui diuinæ legi fidem habentes, illius insistant vestigijs, paupertatem diuitijs, modestiam superbiam, sobrietatem delitijs præferentes, vtentesq; mundo, ac si non videntur. Vnde eos præmuniens Christus vitæ magister dixit. Si mundus vos odit, scitote, quod me priorē vobis odio habuit, si me persequenti sunt, et vos persequentur, non enim est discipulus super magistrum, nec seruus maior domino suo.

NEC

NEC QUI PECCATORES SVNT, diffidant, neue superbiant, qui sibi videntur iusti.



LABRA QVE fecit Deus, que et similia his, que dicimus, mysteria præsignarent, ea etiam mihi præsignare visa sunt. Rupem in fontes aquarum, conuertit, ne rupes dissi-

Peccatores ne deponat spem.

fidat peccator, sed cum intentissime preceitur, qui conuertit petram in stagna aquarum. Vt ita cū pietatis suæ virga tangat, vt saxea illius viscera in lachrymarum fontes conuertatur, illius oculi exitus aquarū, deducant, quæ non custodierunt legem eius. Crystallū, quā vt bucellas miserat, cuius si ignis vix quispiā poterat sustinere, misit verbum suum, et liquescit. Fluit spiritus eius, et fluxerūt aque. Negelidus desperet peccator, qui vix in se charitatis scintilla sentit, sentit tamen in pectore hyemē. Sed oret eū qui missō spiritu suo, gelu liquefecit, et aque fluxerunt. Vt spiritū sanctum suū mittat, cuius sanctissimo statu liquefeat pectoris sui gelu, et lachrymarū aquæ fluat præ dolore male actæ vitæ. Inarabili etiā cōsilio fructiferā terrā in salsuginē conuertebat, et terrā sterile ac sine aqua in vberē et aquis scatulentā. Ne superbiant homines, si modesti, honestate, frugalitate, aut quauis alia virtute

Psal. 118. Psalm. 14. 7

Psal. 106

Bb 2 præ

præditi fuerint, sed modeste se gerant, diuinâ gratiam agnoscentes, cuius ope fructificari suint, illi q̄ gratias rependant nouerint terram fructiferâ, in salsuginem sæpè conuertitâ malitia inhabitantium in ea: ne ve frangantur ac desperet, qui se. salsuginem honoris, voluptatis, et pecuniæ sitientissimâ, virtutis et probitatis sterilem agnoscut. Sed dominum orent clementissimum, ut terram sterilem et inaquosam conuertat in exitus aquarum, sicut in Matthæo, Saulo, et Magdalena fecit, ut fructus sibi gratos germinent.

VITANDVS SCELERATORVM

hominum conuictus, ostensum id in euitatione leprosi.

Peccatorum vitanda consuetudo.

Eccle. 13.
2. Thes. 3.

LEVIT. XIII. Inbet diuinus legislator leprosum habere vestimenta dissuta, caput nudum, os veste cõtectum. &c. Ut sic ab omnibus agnitus; ab omnibus vitetur. Quo præcepto mysticè significauit, quantum oporteret, peccatores agnoscere, ut illorum conuictum, et consuetudinè caute vitaremus, quæ tã periculosa ac perniciosâ est. Vnde, qui tangit picem, inquinabitur ab ea. &c. Et, ea uete ab omni fratre inordinate ambulante. Quod fecissemus sponte, si aut nostræ salutis cura nobis esset aliqua, aut illorum peccatus, ut leprosum inueneri possemus, quod iniquitatum fornax est, aut malarum

malarum cogitationum cenosus fons, unde furta, homicidia, etcetera his simili excut, et promanant. Caput vento plenum inania, et inuilita semper meditatur. Os iubebat veste contegere, eod quod, quemadmodum illi flatu aëra, hominesq; sibi vicinos inficiunt, ita peccatores suis colloquijs bonos mores, ut inquit Paulus, corrumpunt, nunc inhonestâ, nunc blandâ, nunc falsâ, nunc honoris famæ q̄ perniciosâ loquentes. Vnde sapiens, ut hos fugeremus, cõsultabat, sèpi aures tuas spinis, et lingua nequam noli audire. Ac iterum: detrahentia labia sint proculas te, quæ silentio si tegeretur, nocerent minus. Faxit Deus, ut muta fiant labia dolosa, quæ in corde et corde loquuntur, ut obtegatur ora eorum, qui virus emittunt: quo mores hominum venenant, tabeq; inficiunt, leprosus q; reddunt illorum animos, qui cõuictum cum illis habent. Quam esset Christiane rei publicæ, illiusq; cõmuni utilitati consultum, si quod diuina tunc fiebat lege, nunc fieri posset humana. Ut nepharij homines, qui quædã sæpius sunt vitiorum sentina, persona tantum pietatis recti, detegerentur, obstrueretur q; illorum os, ne in ecclesiâ romanæ, aut illius dogmata sanctissima, cœlestes ritus, sacris ceremonias, quæ admiranda mysteria sub externo cortice occludunt, aut in eos, qui illius lumine sequentes, puritatem, pietatemq; morum amat, loquerentur leprosi homines. Eorum etiam, qui et si

1. Cor. 15.

Eccle. 28.

Prob. 4.

Psal. 30.

fide quadā extincta ac mortua Christiani sunt) moribus ethnicis videntur, et linguae virus in pie uiuentes euomunt, eo quod ab illorum vijs se abstineant ut pote probi. Sunt q̄ illis etiam conspectu graues, qui a genio non indulgent, et carni non vacant, ut illi, et in comessationibus, ebrietatibus, impudicijs non in sumunt tempus.

DEIECTI TIMIDI QVE ANIMI

esse spirituum hostium tentationibus succumbere, monstratum est in regionibus, quae se Nabuchodonosori subdidere.

Christiani
fortes effe-
rent.



V D I T H. III. Cum numerosum Holofernus exercitum, et eius in pugnando dexteritatem, audirēt Mesopotamiae, Syriae, Sobaal, Lybie atq̄ Ciliciae principes, animo consternati, ut fracti timidi q̄ homines, legatos illi miserunt, dicētes. Desinat indignatio tua circa nos melius est ut viuamus, et seruamus Nabuchodonosor regem magno et subditi simus tibi: quam morientes cū interitu nostro seruitutis nostrae damna faciamus. Hi quidem eos potissimum homines signauerūt, qui ita debili et fracto sunt pectore, ita carnis et mundi amici, ut cum audiūt pro mundo militatium exercitus copiosos, et horum indignationem

in

in eos, qui Christo seruiunt, utq̄ istis detrahatur, et quod aliquando vite, honoris, aut rei pro Christo idcirco fieri oporteat, dum q̄ audiunt renunciandum esse voluptatibus carnis, mundi honoribus, seculi diuitijs, statim animo desiciunt, et dicunt mundo, desinat indignatio tua circa nos, et seruiemus tibi. Sibi commodius ducētes Nabuchodonosor, id est demoni, et Holoferni, id est mundo seruire, et horum dictis parere quam Christo, pro quo, si intrepidi pugnaissent, victoria absq̄ dubio obtinuissent. Hi enim diuinae amicitiae omnino haud idonei sunt, et ea indigni. Qui enim uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Amicitia enim huius mundi inimica est deo. Regno caelorum prorsus inepti sunt, qui enerues, effeminatq̄ homines, et qui leui casu, aut quouis oppressi labore, se se hostibus dedit, aut tergā vertunt. Coelum violenti rapiunt. Et qui pro Christo non externas res tantū, sed parentes (cum res postulat) se ipsos, vitamq̄ propriam odio habēt. Ista enim necessario faciēda sunt ijs, qui illud adire cupierint, sic ipsa veritate asserente: qui uult venire post me abneget semet ipsum, et tollat crucē suam, et sequatur me. Et iterum. Qui uenit ad me, et non odit patrem suum, et matrem suam, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.

Iacob. 4.

Mat. 23.

Mat. 16.

Luc. 14.

QVOD PERFECTA DEBENT ES
se omnia, quæ à Christianis in Christi gloriâ
sunt: præsignatum fuit in sacrificiorum inte-
gritate.

Christianos
et perfectio

LEVIT. XXII. Homo igitur, si obtulerit vi-
limâ pacificorum Deo, vel voto soluens vel
sponte offerens tam de ouibus quâ de bobus, imma-
culatâ offeret. Ut acceptabile sit, omnis macula nō
erit in eo. Si cæcū fuerit, si fractum, si cicatricem
habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem:
non offeretis ea domino, neq; adolebitis ex eis sus-
per altare domini. Bouem et ouē aure et cauda am-
putatis, voluntariē offerre potes, votum autem ex
ijs solui non potest. Et de manu alienigenæ non
offeretis panes Deo vestro, et quicquid aliud da-
re voluerit: quia corrupta, et maculata sunt om-
nia. Et c. quæ uel in mari reiectione mira nostræ reli-
gionis arcana continentur, quæ fracto literæ cor-
ticæ, non poterunt non esse omnibus gratissima.
Imprimis reieitur à sacrificio maculosum, et va-
riam animal, quo significantur homines, qui-
bus non una tantum peccatorum macula domina-
tur, sed qui nunc libidine, uunc habendi siti, nunc
ingluuie, nunc inuidentiâ agitantur, varijsq; ijs
in oculis infecti sunt. Cum candidos ac omnino pu-
ros eos esse oportuisset, ut ipsi sua q; omnia place-
rent

rent Deo, cui non placet nisi purissima. Non enim
placent ei, nisi qui ingrediuntur sine macula, qui ^{Psal. 14.}
innocentes sunt manibus, & mundo corde. Reieci- ^{82. 28.}
tur & cæcum. Quo explicatur homines, quos sua
excecauit malitia, quosq; Christum uitæ lumen non
vident, neq; illius opera faciunt. Pellitur etiam &
fractum. Quo explicantur homines, qui à debita
uitæ rectitudine, & à piæ uiuendi proposito flectū-
tur, & quos nunc frangit fortuna ridens, nunc tri-
stis, nunc amor proprius, nunc alienus, neq; eos in-
tegros esse sinunt, ut esse debent omnes, qui Deo
sunt grati futuri. Reieitur & animal cicatricem
habens. Quo significantur illi, qui cum flagitia cō-
miserint, influxerintq; animo lethalia vulneca, di-
gna ea satisfactione non deplorant, sed putres- ^{Psal. 37.}
cunt & corruptæ sunt cicatrices eorum à facie in-
sipientiæ suæ. Indignum etiam habetur sacrificio
animal lingua aut aure amputatum. Quo signifi-
cantur illi, qui lingua sua Deum non confitentur,
nec debitas illi gratias agunt, neq; faciunt, quod fa-
ciendum admonuit nobilis vates David. Os iusti
meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur
iudiciū. Sed ita silent, ac si amputatam haberent ^{Psal. 38.}
linguam, ita obsorduerunt, ac si carerent auribus,
diuinam doctrinam non audientes, neq; eorū, quæ
iubet ipsa, aliquid opere exequentes, sed in his os
mibus muti ac surdi sunt. Reieitur & animal,
B b 5 quod

quod caudam habet abscisam. Quo explicantur illi, qui cum pie vivere coepissent, inceptis ita scilicet cibis non perseverarunt, cum tamen illi saluentur tantum, qui vsq; ad finē perseverauerint. Illis enim nec vltima primis & principio finis responderūt, sed cauda, id est, sine optimo carent. Non admittitur alienigenae panis. Quo haereticorum explicatur doctrina, qui alieni ab ecclesia suos coquunt panes, sed non spiritus sancti igni, sed suo, qui aut insolentiae, aut auaritiae, aut sceleris cuiusuis alius esse solet. Quibus inuolueris quanta christianis hominibus puritas, quantus vitae candor commendatur, plane intelligent, qui ea velint euoluere. Effet enim ab instituto alienū singula inquirere, & quo possēt modo, diffūdere. Ansam prae buisse sufficiat. Ut qui nucis nucleum edere velint, nucē frangant.

SVPERBOS ODI O HABET

Deus, illiusq; gratior ore non irrigantur, in montibus Gelboe ostensum.

Superbi in
uita Deo.

SECUNDO REG. I. Execrabatur David rex augustissimus Gelboe montes, quorum erant celsissima cacumina, dicens. Montes Gelboe, nec vos, nec pluuia cadat super vos, vbi ceciderunt fortes Israel. Et alibi. Omnes montes in circuitu visitet dominus, à Gelboe autē transeat. Il

lis autem, qui tantum terra sine sensu erant, inanis gloriae montes nobis sunt praesignati, qui caelestis rore, diuina scilicet gratia, non irrigantur, quae his montibus maxime prouocatur & offenditur. Superbis enim resistit Deus, eorum oculos humiliat, brachia confringit, quia displicuerunt superbi illi ab initio. Cū modesti ita illi placuerint, vt eos exaltet, illorum orationes nubes penetrent, & myseri, quae prudentibus superbis abscondit, illis reuelat. Cumq; in hos sapientiae suae fontes immittat in clauas illorum mētes nec gutta illius immittitur. Cumq; humilibus det gratiam, ea, & reliqua diuini spiritus pretiosissima dona ab illorum animis resiliunt. Vnde cum modestia praediti vt palma floreat, vt cedri Libani multiplicentur, sintq; velut arbores secus decursus aquarum consistat, quae fructum suum suo ferunt tempore & quorum folia non decidant, reliquae steriles sunt, glumae ac pulueri similes, & ficui à Iesu maledictae, quae cū frōdibus tumens esset, ac superba, nullos omnino habuit fructus. Horū (si sapiamus) miseremur, oportet, qui si momento exultant, perpetuo cruciabantur. Si florent, tanquam foenum velociter arescēt, & tanquam olera herbarum cito decident. Si effertur in altū, ita vt superbo capite (vt Iob inquit) tangant caelum, euanescent, sicut visio nocturna. Ac deniq; eueniet illis, quod vaticinatus est David.

Iacob. 4.
Iudith. 6.

Psal. 1.

Psal. 36.
Iob. 28.

Veruntas

Psal. 72.

Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos, dum alcuarentur, facti sunt in desolationem, perierunt propter iniquitatem suam, velut somnii surgentium, domine. &c. Intempestiuēq; fatebuntur ipsi, diuitiarum iactantiam nihil profuisse, trāstiterunt, dicentes, omnia sicut umbra, & sicut nunciū pręcurrēs. Quibus similibus appositissime nobis significatur breuissimum illud momentum, quo infœlicissimi superbi regnant, cui æterna succedet calamitas, & vilissima deiectio. Cum ē contra iusti, & si varijs laboribus probati, habitiq; sint mundo contemptui, Deo chari sunt, qui cum iustus sit, iustitiam diligit, & hos, qui consustinuerunt, perpetuo secum conregnare faciat. De quibus ibid. Iusti auttē non sic, non sic, inquā, euanescent, ac dilabentur, speq; fraudabuntur, sed apud dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud altissimum, & accipient regnum decoris, & diademę pulchritudinis de manu domini.

DEPRIMIT SVPERBOS DEVS,
exaltat humiles, in Amāno & Mardocheo.

Superbi des
primuntur a
Deo.

HEST. V. In tantam fuerat superbiam elatus Aman regis benif. ijs; regioq; favore abutens tam inaniter gloriosus effectus, vt cōmuni populorū veneratione non contentus in solito

solito more ab omnibus adorari voluerit, idq; vniversis populis notum fecerit. Ita tamen, vt postea dicemus, ignominiose ē folio deturbatus est, vt reliquerit posteris exemplum. Vt qui regibus sunt acceptissimi, quorum nutu regnorum omnia fiunt, quorum potestate eriguntur, deprimunturq; homines, alieno periculo sapiant, & volubili fortune, quę tantum in leuitate sua constans est, minime fidant, cumq; in mundi vertice se viderint constitutos, casum & ruinam timeāt, negatum enim est summis stare diu. Et vt alius bene dixit. Nā qui nimios optabat honores, &c. numerosa parabat excelsę turris tabulata, vnde altioreffet casus. &c. Aliosq; nō contēnāt, neq; ab illis iniusta extorqueāt, quod enim cuiquā contigit, omnibus potest contingere. Fuerat ergo edicto publicatū a superbo Amāno, vt quicumq; ei quouis loco occurreret, genu flexo eū adoraret. Euenit, vt quadam die vir iustus Mardocheus factus ei fuerit obuius, qui nobili animo, sęq; addicto legi, venerationem, quam illi iusserat, non detulit. Vnde Aman ira exardens plenam horroris sententiā in eum omnemq; iudeorum populum protulit. In quo mire adumbratum est mundi & suorum in homines fideles odium, & persecutio. Vanitas enim & superbia, inanis mundi & suorum iactantia & gloria ad momentam fulgens ac florens in quo potuit præsignari cōmo

Ioan. 12.
1. Ioan. 5.

1. Ioan. 2.

Iacob. 4.

1. Cor. 1.

Ioan. 15.

comodiusquam in Aman viro impio & arroganti-
tis Mundus enim in maligno constitutus, & qui il-
lius sunt; rebus his ludicris & momentaneis contē-
ti, falsaq; sapientia turgidi; omnem sibi honorem
deservi cupiunt; debentq; sibi existimant, suis dia-
etis obedire, legibus parere, neq; ab illis quemquā
discedere. Cum veritatis consultrix eterna sapien-
tia dixerit. Nolite diligere mundū, neq; ea, quæ in
mundo sunt. Qui enim diligit mundum, quomodo
charitas patris manet in eo? Et iterū, amicitia huius
mundi inimica est Deo. Cumq; de illius stulta sa-
pientia loqueretur, ait. Sapientia huius mundi stul-
titia est apud Deum. Et ut non conformemur huic
seculo, ipsa præceperit, & se bonisq; suis ineffabi-
libus indignos pronunciauerit eos, qui corā mūdo
mundiq; hominibus cum erubescerent, aut fatenti
recusarent. Cum ergo viri fideles aut fidem negas-
re animose nolunt, quod principio mundus cū suis
maxime intendebat, aut iugem mortificationem,
rerumq; mundanarum cōtemptum, quem perferi-
bit fides, nolunt dimittere, eiusq; ritus & merina-
nes caeremonias aspernantur, & derident, tūc eos
odio habet mundus, tunc eos persequitur, & hono-
rendas eis poenas minatur. Sed audiant consolato-
rem spiritum. Si de mundo fuissetis, mundus, quod
suum est, diligeret, quia autem non estis de mūdo,
vos odit mundus, Et alibi. Si me persequuti sunt,
& vos

& vos persequentur, nō enim est discipulus super
magistrum. Euenit autem mundo, & suis sepius
in hoc seculo, & semper in futuro, quod Aman. In-
stis autē, qui persequutiones passi sunt, quod Mar-
doch. 20. Istis enim momentaneum & leue tribulas-
tionis, quod passi sunt, ingens gloriæ pōdus supra
modū operatur in illis. Quod inquit Paulus. Cōpu-
tantur interiuustos, & inter sanctos fors illorum,
in modico vexati, in multis benedispōnuntur. Illis,
quod ipsi iam intēpestinē fatētur, dicētibz. Quid
nobis profuit superbia, aut diuitiarū iactantia quid
cōtulit nobis? trāserūt illa omnia sicut vmbra, &
tāquā nūcius præcurrēs, & tanquā nauis, quæ per-
trāsijt fluctuantē aquā, cuius nō est inuenire vesti-
giū. Noli ergo christiane vir amulari in malignan-
tibus, neq; zelaueris faciētes iniquitatē, quoniā tā-
quā scēnū velociter arescēt, & sicut olera herbariū
cito decidēt, sed tu spera in domino, & fac bonita-
tē. Noli christiane vir & Christi crucis amice time-
re, cum diues factus fuerit homo, aut cū multiplica-
ta fuerit gloria domus eius, quoniā cū interierit,
nō sumet omnia, neq; descendet cū eo gloria eius.
Noli cruciari nepharij hominis felicitàte, si ascē-
derit vsq; ad cœlū supbia eius, & caput eius nubes
tetigerit, euāescet citissime, quoniā tāquā ster qui
liniū in sine p̄detur, & q̄ eū viderāt, dicēt, vbi est?
Sed persta, ceptisq; insta, quod enim Amā mūdano
principis

2. Cor. 4.

Sap. 5.

Psal. 36.

Psal. 48.

Iob. 20.

principi, quod exuli Mardocheo contigerit, vidisti, quid etiam contingat hominibus, quos illi presignarunt. Dum ergo tempus habes bonum operare, & domini disciplinam noli negligere.

S CELERATOR VM IMPERIVM
respuunt pij, amplectuntur qui illis sunt similes, in arborum parabola.

Superbi &
iniqui ambi-
giosi.



V DIC. IX. Ierunt omnia ligna sylvarum, ut viderent super se regem (istā eleuata voce clamauit lothā in uertice mōtis Garizim) rogauerunt autem Oliuam, vitam, ac ficum, ut earum imperium uellent accipere, illisq; preesse. Quæ tamen illud natius quadã nobilitate repudiarunt, donec vno lignorū omniū consilio & consensu rhamnum sibi prescecerunt. In quo adumbrata est illorum hominum præstantia & virtus, qui celsitudine quadam animi præse se contemnunt illis, quibus ob corruptos mores, & prauum ingenium prodesse non sperant. Illud enim syluestres arbores significant, inculta ingenia, mores syluestres, infructuosos deniq; homines flammae destinatos, qui nec sibi, nec suis utiles sunt, neq; Deo arborum satori grati, qui æternum exci-

dium

dium arboribus fructum non ferentibus minatur, & perenes ignes. Hi igitur oliuam adeunt, id est viros misericordes, viros pacificos, viros, quorum doctrinæ oleo animorum lampades parantur, & incenduntur. Viros, qui quod potissimum sermone & opere curant, illud est, ut pacem hominū peccatoribus inferāt, charitatis ignem excitent, ad pietatem inducant. Hi iniquorum prauorumq; hominum imperium respuunt, quia illis prodesse desperant, ac fortasse propriam ruinam timent. Adeunt vitem, quæ figura est eorum, qui salutare botros ferunt, ex quibus doctrinæ vinum ellicitur, quod homines salutifera quadam ebrietate inebriat, ad cuius potum sponsa inuitat. Comedite (inquit) amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Hoc enim vinum est, quod homines latificat, omnem tristitiã pellit. Adeunt etiam & ficum, quæ homines præsa git eloquio suaves, dulces ac mellifluos, qui mōtes sermonibus suis demulcent, & ad omnia pietatis officia inclinant. Huiusmodi homines honores, dignitates, magistratus, imperia deniq; generose aspernantur, eorum potissimum, qui ita sinistris animis sunt, ut consilijs sanis non acquiescant. Deniq; rhamnum adeunt infrugiferam spinosamq; arborem, id est homines vita iniquitate prauitateq; ingenij sibi similes, inutiles, infrugiferos, sermone & vita pungentes, in hominum perniciem

Matth. 5.

Cant. 5.

201. 202.

Cc armatos.

armatos. Et hi ab istis oblatam sibi ditionem accipiunt, & amplectuntur, congruum enim est, ut vulpibus vulpes, lupis, lupus, leonibus denique, leo praeficiatur. Praeposterumque plane esset, si accipitribus columba, lupis praeficeretur agnus, & haedus leonibus. Debent enim membra capiti similia esse, & pares cum paribus, ut veteri dicitur proverbio, facillime congregari.

P O E N I T E N T I V M M O E R O R

Tristitia in sacrificio, quod pro commissis sceleribus offerebatur.

Poenitentia,
quasi.
D. Theod.
in leuit.
Psalm. 44.
& 103.



PEVIT. V. Sacrificium, quod pro commissis in Deum sceleribus à Deo iubebatur offerri, sine thure & oleo erat offerendum. Vel hac imagine nos instruendo, & letitia debes

re peccatorem carere, ut pote qui luctu, ac lamentis digna commiserit, cum faciem oleum exhilaret ex prophetae sententia, & carere item bono nominis odore, cum divinis naribus nihil tetius oboleat peccato. Rideant ergo, & stulte ac parum provis de latentur male sani homines, cum diuinam maiestatem iniurijs affecterint. Odores curent, quibus hominum naribus suaviter oleant, qui lachrymis deberent stratum rigare, potum sicuti miscere, aqua

Psalm. 6.
Psalm. 101.

¶ 112

rum exitus è oculis deducere, cilicio se induere, ac læta denique omnia vitare, pulvere conspergi, iacere humi. Cui anima dicertant pro rebus ludicris & momentaneis, aut pro delictis inhonestis, aut quavis alia re his simili, omnipotentem Deum sui conditorem & assertorem iniuria afficiunt, atque ideo ab illius gratia sanctissima, suavissimoque amore excidunt, quod summe infelicitatis ac miseriae est, eaque coeli gloria perveni, è pelago illo dulcedinis ac suavitatis immergo deturbant se in vastissimum miseriarum ac suppliciorum oceanum, ni opportuno tempore ad eum consugiant, cui proprium est misereri semper & parcere, qui, quia hominum figmentum agnoscit, eorum miseretur, & lachrymis pro oleo, squallore pro thure mitiget insitiam in se excitatam. Quam tamen esset interpestivum gaudium, si in exilio inter hostes, cathenis in ergastulo vinculus gauderet homo, male sana letitia, si in extremo vitae periculo positus exultaret. Si cordis calculi ve dolore misere cruciatus rideret, saxeus aut sine sensu haberetur. Quam est ergo mentis inops habendus peccator, qui foedis inquinatus sceleribus, in calamitose vitae exilio positus, peccatorum nexibus irretitus, inter diros hostes animi sui salutis insidiantes, in extremo spiritalis salutis constitutus periculo, cordis miserando dolore affectus gauderet, videretque aeternis iam damnatus poenis ob commissis

Ibi. 112.

in Deum scelera, ni sponte sua in tartarcos rogos
ruentem diuina reuocet pietas, & clementia enef-
fabilis absoluat, quem lachrymabilis culpa dānat.
Cui ergo tot ac tinte flendi, eiulandiq; cause sunt,
merito interdictum est gaudium, aequisimēq; prae-
ceptum, vt oblatum pro suis facinoribus sacrificiū
laticiae oleo careat, aequisimē etiā iustum, vt careat
thure. Quorsum enim odoriferū futurū erat, cum
boni nominis odore peccator careat, peiusq; diuis
nis naribus oboleat quatruidano cadauere? Nec
enim limosae paludes, aut pecorum exanima cor-
pora scatentia vermibus tam sunt tetri molestiq;
odoris, vt sunt peccato superbiae tumidi, peccato
inuidiae tabidi, peccato libidinis immundi, ac quos
uis alio lethali scelere infecti, qui balitu inficiunt,
pestemq; animorum generant, cū inquinatis suis
moribus aliorum sanas mentes inficiunt.

IN VIRTUTVM PROPECTV
latandum maxime, in conuiuio, quod in abla-
tatione Isaac fecit Abraham.

GEN. XXI. Abraham magnum & os-
pitarum fecit conuiuium, cum puer Isaac
ablactaretur. Creuit (inquit scriptura) & abla-
ctatus est, fecitq; Abraham grande conuiuium. In typū
quod

quod latandum esset maxime, cum iudaicus populus ^{Profecus}
infantiam exueret, desisteretq; ^{positiuium} lac literae sus-
gere, & pro vmbri veritatem, pro corporibus spi-
ritum amplecteretur, in Christoq; grande sceret.
In typum etiam, quod latari homines deberemus,
cum iam non sumus pueri sensibus, cum esca nos
bis ministratur, tanquam ijs, qui infantilem aeta-
tem excefferunt. Cum deniq; valemus viribus, vas
lemus animo ad intrepide aggrediendum quemuis
pro Christi gloria laborem, nec minis aut vmbri
terremur, vt infantes, à bonisq; inceptis desisti-
mus, sed perstamus, vt viri, eo quod iudicio & mē-
tis maturitate omnia tractemus. Sed quam sint no-
stro hoc parum felici tempore huiusmodi conuis-
uia rara, non est qui sine gemitu possit referre.
Quot videas in Christo infantes in baptismo re-
natos, ecclesiae lacte pinguisimo enutritos, qui &
si corpore, corporisq; viribus creuerint, longaq;
iam illis barba pendeat, vulgoq; viri habeantur, in-
fantes tamen sunt sensu rerum diuinarum, infan-
tes imbecillitate virium spirituum, infantes vt à
prestigiatore mundo, à blanda carne, à callido de-
mone, redicula quauis re decipiantur. Quis infan-
tem nō dicat, si iudicio sit sano, eum, qui nondum
firmare humi pedem, neq; gradi nouit, qui verba
nondū format, qui manu viuos apprehēdat ignes
qui papyri sono terreatur, qui praelligat saecas

I. Cor. 14.

I. Cor. 9.

ri buccellam magis quam auri. His tamen simillimi illi sunt, non enim peruiam salutis incedunt, neq; in ea pedem firmant, neq; vt christiani verba for- mant, cumq; peccata, qua viuis sunt ignis, com- prehendant manu, ad populi susurras & his alia similia pallent, cum quidpiam virtutis sunt opera ti, momentaneam diuitiarum voluptatem thesaus ris eternis & diuinis præferunt pueri effecti sensu sibus. Quod vt non fieret, hortabatur Paulus. No liti pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Et Salomon. vsq; quo paruuli diligitis infantiam? Cumq; paucissimi sint, qui teneros hos annos, infir mamq; etatem excedant, & ablati sint, paucissi ma etiam conuiuia fiunt.

I. Cor. 14.

Prob. I.

POENITENTIBVS VITANDA

sunt leta omnia, vt fecere in Babylone Israea litæ musica instrumenta suspendentes.

Pœnitentiæ
marior.



SALM. CXXXVI.

Cum populus Israeliticus sub impij regis Nabuchodonosor seruitute esset, musica omnia instrumenta è sollicitibus suspēdit, nec in tanta tristitia vlltē letitia

letitiæ edidit signum. Quin potius cum à Baby- lonicis hominibus obnixè peteretur ab illis, vt can- tarent de canticis Sion, respondebant. Quo modo cantabimus canticum domini in terra aliena? Sede- bantq; super flumina Babylonis flentes, cum Hie- rusalem recordarētur. In typum, quod qui in hoc exilio versarentur, in hac Babylone, vbi tanta con- fusio est, & rerū perturbatio, vbi pauci, & quos æquus amant iupiter, iudicio aguntur, letari intē pestiue non debent. Est enim exiliū, & lachrymis ac singultibus tempus aptissimum, tēpus quo pec- cati diri Nabuchodonosor, seruos se esse homines agnoscunt. Qui enim facit peccatū, seruus est pec- cati, inquit Ioannes. Et Paulus. An nescitis, quo- niam cui exhibetis vos seruos ad obedientiam, ser- ui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem. si- ue obeditionis ad iustitiam? Quin debent potius le- titiæ omnia instrumenta suspēdere, lachrymis stra- tū rigare, exitus aquarum è oculis educere, in las- chrymis seminare, tristiq; ac lugubri animo esse, memores Hierusalem cœlestis, è qua ob cōmissa in- Deum scelera timent se exules futuros. Quod si à Babylonis hominibus peteretur, vt canerent, vt le- tētur, respōdeant, hęc lachrymarū esse vallē, nō le- titiæ, alienumq; esse à viris iudicio præditis, tūc ca- nere, cū deberēt gemere, tūc letari, cū dolere, tūc ridere cū lachrymari, hibernoq; tēpore flores exi- gere.

Ioan. 8.
Rom. 69

Psal. 118.

Sap. 2. gere, è q; arboribus poma pendentia stultitia esse
 nō sapientia. Ex his intelligemus, quā insanīat ho
 mines pleriq; qui in hoc calamitōso exilio, tot vir
 diq; laboribus & periculis obiecto, inter maxima
 & indigna dictu scelera, quæ in supremum numē
 committunt, latantur, exultant, securēq; viuunt;
 sine vlla supernæ Hierusalem memoria, veluti dis
 centes, quod stultissimi illi. Coronemus nos rosis,
 ante quam marcescant. Et eo fere animo, quo es
 sent feri barbariq; homines, non credentes animo
 rum immortalitatem, corporum resurrectionem,
 priuatum, communeq; iudicium. Non credentes,
 sistendos omnes ante tribunal domini nostri Iesu
 Christi, vt reportet vnusquisq; pro vt gessit in cor
 pore suo, siue bonum, siue malum. Non credentes,
 quod sacer. asseruit propheta. Semel loquutus est
 Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tia
 bi domine misericordia, quia tu reddes vniciq;
 iuxta opera sua. Non credentes, quod quæ semis
 nauerit homo, hæc & metet, & quod qui in carne
 seminat, de carne metet corruptionem, qui autem
 in spiritu seminat, de spiritu metet vitam aternā.

Rom. 14.
 2. Cor. 5.

Pfalm. 61.
 Gal. 6.

Hi iumentis similes facti ni respuerint,
 dabunt certo certius poenas tan
 te impudentiæ de
 bitas.

PECCAS

PECCATORVM QVALIS DES
 beat esse poenitentia, in his, qui ad Esdra ser
 mones alienigenas vxores abiecerunt.



SECUNDO ESD. IX. Pec
 cauerūt filij Israel diuinum mā
 datum transgrediēdo, eo quod
 mulieres alienigenas sibi mas
 trimonio copulassent. Conuers
 si tamen ad increpationem Es
 dra viri sanctissimi conuenerunt in ieiunio, et sac
 cis, & humo super eos, et separatū est omne ses
 men filiorum Israel ab omni filio alienigena: & ste
 terunt, & confitebantur peccata sua. In quo ex
 pressam habemus poenitentium imaginem, vt discere
 possimus ex illis modū, quo dolere poenitereq;
 debeamus, cum nostris sceleribus diuinam in nos
 indignationem prouocauerimus. Prouocauerunt
 eam illi, sed humiliant se in saccis ieiunijs se debis
 litant, humo capiti imposito, se terreat ac fragi
 les esse ostendunt, foedus cum deo percutiunt suam
 deinde in omnibus explendi voluntatem, vxores
 alienigenas et ex eis genitos filios separant, et ex
 se procul amouent, ac deinde sua peccata fatetur.
 Vt cum peccaueris homo ieiunio carnis vires exte
 nues, cilicio præ dolore te induas, luteumq; homi
 nem et miserum te agnoscas, vxores eiusq; alienigenas

Poenitentia
 quæ laudas
 bilis.

CC 5 pro

procul pellas, hoc est, peccatorum occasiones, ex quibus peccata gignantur et nascuntur, quæ filij alienigeni sunt, prophanumq; semen Deo nimis offensum. Vide (inquam) vt vxores procul pellas, as lioqui, et si semel filios expuleris, mibi crede, nascantur iterum atq; iterum. Filios ergo et matres, ex quibus gignantur, separato, procul pellito eorum consuetudinem, qui te ad peccandum illiciti. Fuge foeminam, & quidquid tibi peccandi occasio est. Fuge amicum, separa à te peccandi fontes. Frustruum carnis radices abscinde, aut euelle potius. Alienigenas vxores et filios reiecit. Iterum nõ de linguendi firmissimum concipe votum. Fœdus cum Deo inuito faciendi, quæcumq; illi placita noueris. Et tunc fracto, contritoq; corde, lachrymis oculis madidis eo quod Deum offenderis à quo omnia, quæ habes, bona acceperis, qui tot te indignum, & dignum supplicij æternis, beneficijs fuerit prosequutus, qui animo ita pacienti, & misericorde te ad pœnitentiam expectauerit, sacerdotem adito, cui te damnandi, aut absoluendi potestas cœlitus concessa est. Adito tamen eum dolore, lachrymis, singultibus, vultu demisso at erubescenti, modo deniq; quo populus iste, ac tunc verbis modestis & pudicis singula peccata fatetur, & expecta Deum tibi fore placatum, remissurumq; tibi pro sua pietate, quæ indicibilis est. Nostro vero hoc tempore,

in

in quo charitas tantopere frigit, et ita hominum malitia efferbuit, qui maiore peccatorum onere pressi sunt, hi erectiores ad confitendum accedunt, qui maiore fletu digna comiserunt, hi veluti ris dentes se coram sacerdote sistant. Quorum vita longum tempus, vt pararent se, requirebat, accessunt breuissimo, siccis oculis, sitiore corde. Et si quæ peccata dicunt (solent enim muti esse, qui in peccando loquaces sunt) narrare ea potius dicat, quam fateri, ita frigide, ac sine vilo omnino doloris sensu ea referunt, vitæ emendatione vix animo concepta. Vnde videas eos statim ad vxores alienigenas redire, et vt sues ad volutabrum, aut canes ad vomitum. Ita vt timere possis, nouissima illorum peiora prioribus futura. O quantum distat, qui huiusmodi sunt, à dolore, animiq; deiectione et cordis contritione, quam habuit Esdras cum suis.

2. Pet. 2.

Mat. 12.

QUE FACIAT SATHAN NE SVAM seruitutem per pœnitentiã deserant peccatores, in Pharaone cum populo Israelitico.



X O D. VIII. Coactus & miraculorum virtute, quæ mirabili cum potentia et diuinæ virtutis manifestatione fuerunt à Mose, & plagis ab eo inflictis, Pharaonem & populum

Pœnitentia ingrata deo, grata deo.

populum dimittere Israeliticum, ita aiebat. *Ite, et sacrificate Deo vestro in terra hac, veruntamen longius ne abeatis. In quo mire adumbrata est inferni hostis scintille, qui coactus omnino eos missos alis quando facit, qui peccandi consuetudine illius erant. Nollet enim ab eo vel momento temporis discederent, sed ut in gravi sua deplorandaque seruitute perpetuo manerent. Quod si vel diuinis inspirationibus, aut amicorum salutaribus consilijs, siue doctrina, aut alio quouis diuino beneficio missum illum facere proponunt, ita illos rogat, et quodammodo loquitur. Ite et sacrificate Deo vestro, quando aliter fieri non potest. Ite, patiar vos et si inuitus, facite peccata vestra. Verum tamen longius ne abeatis, peccandi occasiones, et pericula, quæ vos mihi reddunt et proprios et vicinos, ne deseratis. Ne, inquam, auri cupidos, inuitos, quibus illud augent, contractus, inhonestas, turpes consuetudines et amicitias, superbos, inanes honores, peccatores omnes, pericula, propter quæ passim in peccata labuntur. Hinc quodammodo sopita ad tempus videmus in aliquibus vitia, quibus implicabantur. Quia tamen longius non recessere, mox illos videas rediisse ut canes ad vomitum, ut sues ad volutabrum, videas nouissima illorum peiora prioribus, videas nec minoribus nec paucioribus eos implicatos vitijs, videas non mortuum tantum tangere, quod mystice*

2. Pet. 2.

Num. 9.

mystice prohibebat lex, verum mortua et noxia quidem opera facere, videas in Aegypti eos rediisse regionem, et in miseram Pharaonis seruitutem, quam visi sunt renunciaisse. Ita qui cupidi erant, maiori vexantur siti habendi, qui superbi, superabandi maiores quarunt occasiones, qui inhonesti, turpius, foedius, et frequentius labuntur. Qui igitur sapiunt, qui animorum saluti consultum cupiunt, faciunt, quod Israelita. Perstant, neque in suis volunt manere regionibus, sed abeunt longius, neque abeunt ipsi tantum, sed et sua et suos secum ferunt. Abeunt (inquam) et Aegyptum Aegyptiosque mores detestantur, abeunt animo, nunquam rediendi, abeunt longius, in se non tantum vitia extirpantes, verum obturantes fontes, ex quibus similia in se mala emanare norunt. Abeunt se ac sua secum portantes, id est animum, illiusque cogitatus ab omni peccati specie retrahendo. Hæc proborum hominum unica cura est, hæc nunquam satis laudata in illis sollicitudo. id toties docuit vite autor, et magister Christus cum eos, quos sanitati restituerat, quam ob peccatum amiserat, hortabatur, ne amplius peccarent memores benignitatis et clementiæ, quæ est tot illos malis eripuerat, ne etiam peccates et recuperatâ diuino beneficio gratiā amitterent, et in peiora ipsi laberentur.

Ioan. 5.

HERE

HAERETICORVM HOMINVM SIMULATIO, vt crudelius nocent, in his, qui adificationi templi opem velle se ferre simulabant.

Haereticorum
simulatio.



PRIMO ESDR. III. Dicitur, quod cum adissent hostes Iudae et Benjamin, quia filij captiuitatis adificaret templum Domino Deo Israel, accedentes ad Zorobabel, et ad principes patrum,

dixerunt eis. Aedificemus vobiscum, quia, ita vt vos, quaerimus dominum deum nostrum. Et hi hostes erant Samaritani, qui vtroque claudicantes pede et victimas Deo offerebant, et simulachra adorabant, cum tamen conuentio nulla fit luci cum tenebris, Deo cum Belial. Hi simulato animo obstare cupientes templi dominei adificationi blandis his, dolosisque verbis ad principes accesserunt, simulantibus velle se opem ferre in templi adificationem quorum dolos intelligentes patres illi eos repudiarunt. Hi nefarii improbi, homines apertissime praefigurabant haereticos ecclesiae hostes acerrimos, qui Samaritanis similes nec omnino diuinam legem aspernantur, nec illi astricti sunt, sed illi abuten-tes, et in abusus suos detorquentes pios superbia et animi inflatione contemnunt. Hi dolentes, quod filij Iudae idest filij confessionis et laudis, quemadmodum

2. Cor. 6.

modum fideles sunt, filij Benjamin idest filij dexterae, vt sunt illi, qui ita ecclesiae sanctissimae romanae iussis obediunt, ita vitam moresque componunt, vt digni sint habendi, qui in iudicio extremo a dextris sint, templum domino adificant et pijs institutis, et vite probitate, fingunt se etiam velle pro templi adificatione opem prestare, cumque oues se simulent, lupi sunt rapaces. Et ita dicunt, edificemus vobiscum, auctoritatem praedicandi affectantes, vt si illis permitteretur, in medio boni seminis suam Zizaniam super seminarent, et sic adificationem templi impedirent. Hi respuendi, reijciendique sunt etiam in ignes, quemadmodum hodie factiunt patres reuerendissimi, quibus purgandi tritici, euellendaeque zizaniae data est cura, hos ecclesiae diros inimicos debitis poenis mulcantes, vt vel resipiscant ipsi, vel saltem filij Iudae et Benjamin opus tam pie coeptum consummare sinant. A quo desistere fracti esset eneruati, quo praediti non sunt violenti illi, qui caelum sunt rapturi.

Mat. 7.

Mat. 13.

Mat. 12.

HAERETICI HOMINES PIORVM subsannant coetus et illorum decreta, et vt possunt, bella illis inferunt, vt impediuntur.

SECUNDO ESDR. III. Cu[m] audiret Sannballat, quod Iudaei Hierusalem murum adificaret, iram incensus

Haereticorum
impudentia

incensus in eos decreuit vires suas effundere, vt sic
 coeptum ab illis opus impediret et obstar et. Quod
 cum rescirent iudei, et Deum precati sunt, & ad
 illorum excipiendos super adosq; insultus se arma
 runt, ita vt opus facientes altera manu opus face
 rent, altera tenerent gladium, in vtrumq; parati
 et ad edificandum, et ad congregiendum cum hos
 tibus. In quo mirè nobis adumbratum et significa
 tum fuit, inuisum esse Sathanz quem presagiebat
 Sanaballat, quencunq; pie viuendi modum, quo
 ecclesia edificatur. Atq; ob id omnes, qui pie volūt
 viuere in Christo Iesu, tentationem ab illo pati. Vn
 de sapientis consilio eos coepta perficere, seq; præ
 parare conuenit. Fili accedens ad seruitutem Dei
 sta in iustitia et timore, et prepara animam tuam
 ad tentationem. Neq; enim solus Sanaballat eis cõ
 minatur, sed Thabias Amonites, qui exprimit mũ
 dum, Arabes et Azotij, qui referunt carnem. Neq;
 ob id animo confirmari debent fideles viri, sed vis
 res intendere, infractosq; pectore in hostes se arma
 re, inq; eos insurgere, ita vt altera manu pietatis
 officia faciant, altera gladium ad reuincendos ho
 stes habeant. Coniicientes in tot ecclesiæ heroes os
 culos, qui tam strenue pugnarunt, et nunc tã glo
 riose in caelis triumphant, neq; enim in hoc bello
 vincitur, nisi qui vinci vult. Coniicientes oculos in
 Christum, quem habemus pontificem tentatũ per
 omnia

2. Tim. 3.

Eccle. 2.

Heb. 4.

omnia, vt nostris tentacionibus compateretur, inq;
 illius opem, quæ præsto est omnibus cum inuocãti
 bus in veritate. Arrigentes etiam aures et in illius
 pollicitationes, qui ita pollicetur. Multæ tribulatio
 nes iustorum, sed de omnibus his liberabit eos do
 minus. Ac rursum: custodit dominus omnes diligẽ
 tes se. Et iterum cum de viro iusto loqueretur: cũ
 ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificas
 bo eum. Quibus animatus Dauid aiebat: Si exur
 gat in me prelium, in hoc ego sperabo, si ambulaue
 ro in mēdo vmbre mortis, non timebo mala, quia
 tu mecũ es. Arrigentes etiam aures in illius conso
 lationes, qui ita loquitur. Fili noli negligere disci
 plinam domini, neq; fatigeris, cũ ab eo argueris.
 Quem enim diligit Deus flagellat, et velut in sis
 lio complacet sibi. Quis est enim filius, quem non
 corripit pater? et iterum: omnis quidem disciplina
 in presenti non videtur esse gaudij, sed meliores:
 postea autẽ fructũ pacatissimũ exercitatis per eã
 reddet iustitiæ. Leuantes etiam oculos in præmiũ,
 quod vincenti datur. Datur enim illi edere de lig
 no vitæ, et calculum candidum, et in calculo nomẽ
 nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.
 Quæ omnia debent intrepidus reddere eos omnes
 qui vitæ sanctimonia, et morum honestate ecclesiã
 edificant, ne aut demonis timore deficiãt, aut car
 nis inescantur illecebris, aut mundi dolis capiãtur,
 D d sed

Psal. 73.

Psal. 26.

Psal. 22.

Heb. 12.

Apo. 2.

Jacob. 4. sed cepta animasi pergant, christianis q; armis coruscant et splendeant, timoremq; aduersarij. incutiant. Quibus si resistat, fugient, ita diuus Iacobus.

H AERETICI DIVINAE SCRIPTURAE detorquent sensus in suam et aliorum perniciem, redduntq; salutare cibos mortiferos.

Hegreticorū
irgenū pras
tunt.



VARTO. REGVM. III. Erat famemes valida interra, et filij prophetarum habitabant coram Heliseo, dixitq; uni ex pueris suis, pone ollā grandem et coque pulmentū filijs prophetarum. Et egressus est vnus in agrū, vt colligeret herbas agrestes, inuenitq; quasi vitē syluestrem, et collegit ex ea colocynthidas, et impleuit pallium suū, et reuersus immisit in ollam, pulmētī, nesciebat enim quid esset. Huiusmodi fames, quae Heliseum et prophetarū filios vexabat, diuini verbi famē praedicebat, quo alūtur, sustentanturq; animae, vt corpora pane. Est enim panis, qui cor hominis cōfirmat, et quo reficiūtur Christiani homines, et spiritūū vita hoc pane seruat. Ita Christus, nō in solo pane vixit homo, sed in omni verbo, quod praecedit ex ore dei. Hic panis est, quē petiisse paruulos affirmat Hieremias, nec tamē fuisse, qui frāgeret illis. Cumq; huiusmodi fames Christianos homines, qui vere prophetarum et apostolorum sunt filij.

Math. 4.
& Luc. 4.

Thre. 4.

filij cum eos doctrinae suae semine genuerint, vexat, longe molestior fames est, quam quae Samariae afflixit incolas, illa enim corpora peribant, ista animi, illa carnes extenuabantur, ista spiritus. Cum ergo Heliseus pietate, quae praeditus erat, vellet illis subuenire, ollam parari iussit, in quam misso pulmento fames sedaretur. Immisit autem quidam in illum colocynthidas, quae gustui sunt amarissimae, vnde qui primo gustarūt, clamare ceperūt, mors in olla vir Dei. Et hac pietate impulsū ecclesiae rectores, quos expressit Heliseus, solent (ne greges sibi commisi fame pereāt) iubere, vt pareatur olla, idest, praedictur illis pura synceraq; doctrina studio velūt igni cocta, iugiq; meditatione. Qui tamen ingenio sunt peruerso, colocynthidas immittunt, amara ac mortifera immiscendo, vt sunt omnia legi nostrae æquissima aduersa, siue illa ex veteri lege perperam intellecta sumant, siue ex philosophica lectione, aut etiam ex euangelica alieno tamen ab ecclesia Romana sensu è proprio cerebro profecto. Vt capitosi quidā, seditionisq; homines, ac prorsus haeretici hac nostra partē foelice tempestate faciūt. Tunc qui gustarint, vitae propriae cōsulātes clamēt, mors in olla, vir Dei, hoc est, mors et animorū mors in cibis, quos pro reficiēdis hominibus, non pro necādis, parari credidistis. Clamēt, ne sileāt. Est enim pernitiosissimum in

hæc parte silentium, meritisq; luunt pœnas, qui nõ clamant, et sibi, alijsq; prouident, ne mortifero pe silentiq; cibo gustato rei, honori, vitæ, et anima a marissimo, in visceraq; traiccto pereant. Exaudiẽtur enim, si clamauerint, quemadmodum et ab He liseo illi. Tollenturq; e medio, debitis solutis pœnis, qui talia sunt ausi. Et in ollam farina immittetur, idest, pius ac catholicus sensus ab ecclesia sanctissima Romana, et sacris illius doctoribus receptus. Ita vt gustui sit doctrina dulcis, et animo salutifera, possitq; ex ea secure et cum gaudio comedi, fas mesq; pelli. Est siquidem farina immissa candidissima, et in qua nulli omnino errorum furfures, sed quæ digna sit angelico gustu et mente.

HAERETICORVM IMPIETAS ET
perfidia in ianitoribus Assueri, qui illi necem
parabant.



Hæreticorum
perfidia.

Hæc, 2.

EST. VI. Bagathan et Thares duo eunuchi regis Assueri, qui ianitores erant, et in primo palatij limine residebant, voluerunt in regem insurgere, et occidere. Quod resciscens vir fidei simus Mardocheus renunciauit Hesther reginæ, et illa regi, vnde debitas tam nefariæ proditori pœnas soluente, vterq; patibulo appensus equissimè est

est. Qui hæreticos homines apertissime præsignauerunt, et illos potissimum, qui in suam perniciem aliqua literarum cognitione præditi fuerunt. Illi enim ianitorum vices habent cum ante suam perfidiam, puram et ab omni erroris specie alienam doctrinam docent, et viam, ianuamq; aperiant, quibus ad Christum summum regem intratur. Hæ autem militiæ suæ, sathanæ etiam dolis, varijs erroribus obsecati, vt perfidi, sicariiq; homines, in Christum insurgere proponunt, et in eum seua consilia in eunt, cupientes et molientes cum eiusq; fidem in cordibus fidelium extinguere. Impis autem horum artes, secleratasq; prodiones ecclesiæ catholici doctores, quos Mardocheus præsignauit, resciscientes, ecclesiæ, et his, qui ei pro Christo præsumunt, renunciant. Qui eos hæreseos reuincentes equissimè acerbissimis pœnis multant, vt et illi puniantur, et reliqui agnoscant, quantam suo regi fidem seruare debeant. Quod hodie summa equitate et maturitate consilij præstant equissimi sanctæ inquisitionis iudices, quibus hoc maxime tempore et ecclesiæ tranquillitatem, et rerum pacificam possessionem, rem, honorem, vitamq; debemus. Cum Hispaniam tot proditorum insidijs impetitam sua sollicitudine liberauerint, eamq; tueatur, faciētes vt qui virtutis amore peccare non oderunt, odio habeant formidine pœnæ.

DIABOLVS VEXAT SVOS, VT
quondam Pharao populum Ifraeliticum, quē
habebat captiuum.

Diabolus
suos vexat.



XOD. V. Pharao, vt populum Ifrael
premeret, lateres facere, paleas queres
reiebat, infernū hostem adumbrans,
qui omni studio laborat, ne oculis coelestia contem
plemur, ea q̄; queramus, sed faciamus lateres, qui
ex aqua terraq̄; sunt, ex quibus omnia sunt, quibus
delectatur homo, et pro quibus laborat, siue diuitiæ
sint, siue epulæ, siue delitiæ, et quoduis aliud abieci
et e, sordidæq̄; voluptatis genus. Sed quemadmodū
laterum fictor aliud atq̄; aliud lutum formæ impo
nit, quæ figurantur lateres, adeo vt formæ et ple
na semper, et vacua semper dici possit, vt quæ reij
ciat, quo nunc plena erat, ac aliud vt vacua appe
tat, ita qui ambitioni cupiditatiue fluxarum terre
narumq̄; rerum vacant, quibus tam deest quod ha
bent, quam quod non habent, nec enim expletur,
aut satiatur cupiditatis sitis, sed crescit amor nūmi
quātum ipsi pecunia crescit. Nam si, quod cupiūt,
assequantur, eoq̄; se replent, vacui tamen sunt, nā
illo non contenti in aliud atq̄; aliud continuo ferū
tur. Neq̄; cupiditatum ardor extinguitur, ni iuxta
euangelica monita se se deo submittant, auaritiæq̄;
non studeant, carnem compefcant. Quam videas
ista

ista certissima, si aperire velis oculos, et paulo al
tius, quod dici nos, meditari. Est quis ecclesiasticum
aliquod beneficium assequutus, illo non contentū
pro dignitate anhelat, assequutus est dignitatem,
pro episcopatu, assequutus est episcopatum exis
guum suo iudicio, pro pinguiori, sicq̄; vix latere
formato, appetit aliud. Idq̄; ipsum in seculi diuiti
bus expressissime videas, quos nullæ satiant diuitiæ
nullæ sitim extinguunt opes, sed quo plures possi
dent, aut (vt verius dicam) quo a pluribus possiden
tur, plures appetunt. Quid de his, quibus in princi
pū aulis feruet auaritia miseraq̄; cupidine pectus,
vt nunquam partis oblatiisq̄; rebus satiati, aut con
tenti, anhelis animis in ea, quæ nondum sunt par
ta, feruntur, hiantiq̄; ore spectant ea?

VT VITETVR DIABOLI MALI
tia, quid fieri debeat, in his, quæ fecere Moysi
parentes pro seruando illo.



XOD. II. Moysi parentes, cum in fan
tis salutem consulere cuperent, tyrāniq̄;
legem timerent, qua mares omnes, staa
tim cum in lucem prodirent, iubebat necari, in fisa
cella eum cum bitumine circum linita posuerunt,
vt fluctibus supernatans non mergeretur. In tya
pū quod, qui se aut liberos suos incolumes cupiunt
et a sathanici hostis insidijs liberos, nō debent se

Diabolus enim
tandem artes

fluctibus procellisq; mundi nudos exponere, humana diuinâq; ope destitutos, nam mergentur, peribuntq; misere, sed infiscella bitumine circumlinista, hoc est, in doctrina ex varijs disciplinis collecta cum pietatis Christianæ bitumine. Ij non merguntur honoris ambitione, rei cupiditate, voluptatâ gustu, sed supernatant, à fluctibusq; reijciuntur vt onus ingratum illis. Sed quibus diuino beneficio tanta felicitas contingit, infantulum Moysen imitentur in vagitu & lachrymis. Est enim lachryma fidelis quædam virtutis custos, ac velut irrigatio, qua virescit et floret. Vnde lugentes Christus beatos appellat, proq; tēporaneis lachrymis æternam consolationem pollicetur. Estq; tanta apud Deum lachrymarum virtus, vt quidam dixerit.

Mat. 5.

Oratio vngit, lachryma cogit ac pungit. Sunt enim cœlestis quidam imber, quibus animus fit irriguo horto similis. Quam raros tamē in hoc nostro seculo corruptissimo parentes inuenias, qui varijs ex præceptis filiorū educationi acōmodis fiscellâ texant, ne corruptis rerū opinionibus mergantur, seculiq; fluctibus rapiâtur: qui veras de rebus opinionones tenellis inserât pectoribus, vt singulis rebus suū pretiū reddât, ne velut ignari pretiosa tâquã vilia reijciât, aut vilia tâquã pretiosa amplectâtur ne rerū umbrâ sequantur pro rebus. Quot tamen passim inuenias, qui nudos omni bene viuendi arte

ac

ac disciplina procelloso seculi rapidis undis cōmittūt filios, & quod maiore admiratione est, dignū, plūbum illis, vt citius mergatur, alligant. Quis ita non appellet rerum falsissimas opiniones, quibus onerant teneras illas mentes, vt honorem ambiât, diuitias omni sollicitudine quærant? Hæc enim nos serio dicimus, quæ dixit irridens ille. Hæc Ianus summus ab imo perdocet. &c. O miseros, diuos ac cæcos parentes, qui tam incautē liberorum saluti prospiciunt, & fœlices, parentumq; nomine dignos, qui eo sunt in filios animo, quo in Moysen sui

DIABOLVS ET QVI ILLIVS partes agunt hæretici, pios, & illorum sanctio nes Subsannant.



ECVNDQ ESdr. IIII. Cū audisset Sanaballat, quod ædificaret iudeorum populum murum, iratus est valde, & motus nimis Subsannauit iudeos, & dixit, quid iudæi faciunt imbecilles? cum capitali quoddam odio Sanaballat rex iudaicæ gētis populum persequeretur, doleretq; eò quod audiret, eos omni adhibita diligentia destructum domini templum instaurare, in clytamq; solymorum ciuitatem muro sepire, omnē

Hæreticidia boli impulsu sit, quæ, pfa sunt, Subsannant.

Dd 5 ipse

ipse lapidem mouit, vt ab opere incepto eos com-
pelleret desistere, & commotus nimis subsanna-
bat iudeos. Quin & cum eo Thobias Amonites
aiebat. Aedificent, si ascenderit vulpes, transiliet
murum eorum lapideum. In quo mire adumbrat-
um est hostile odium, quod heretici habent in eos,
qui datam Christo & ecclesie Romanæ sp̄s suæ
vnicæ & charissimæ fidem seruant. Vnde dolent,
cum vniuersalia concilia congregari vident, cum
vident & prouincialia, eo quod intelligant tra-
standum ibi esse de templo ecclesie muniendo,
deq; instaurandis locis eorum nequitia destructis.
Quin & omnem Sathanæ coadiutores sui, quem
Satanaballat planissime præsignabat, industriam ad-
hibent, vt huiusmodi sanctissimos cœtus impediât.
cumq; id (quod maxime cupiunt & intendunt)
assequi non possunt, eos subsannant, eorum pijs-
simas sanctiones irrident, ac dicunt cum Thobia
Amonita. Aedificent, si ascenderit vulpes, transi-
liet murum eorum lapideum. Significantes, nul-
lam vim neq; firmitudinem eorum institutiones ha-
bituras. Neq; à quoquam seruandas, sed esse tan-
topere infirmas, vt everti, infringiq; possint à quo-
uis homuncionte, quem vulpecula nomine illi signi-
ficabant. Nōs autem cum ista audimus, intendas
mus animos, Deumq; cum Neemia ita precemur.
Audi Deus noster, quia facti sumus despectui. Cō-

uerite

uerite opprobrium super caput eorum, & da eos
in despectionem in terra captiuitatis, ne operias
iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram sci-
cie tua non deleatur, quia irriserunt aedificantes.
Et hoc modo Deum orantes faciamus, quod nobis
Iudei vna cum fortissimo duce suo fecerūt, qui
valido quoddam pectore ceptū opus prosequuti
sunt, seq; ad excipiendos, vincendosq; hostes, o-
mni armorum genere armarunt, lanceis, scutis, ar-
cabus & loriceis, ita vt & aedificatores ipsi altera
manu (ipsæ asserēt scriptura) opus facerent, alte-
ra gladium tenerent. Idq; ipsum faciunt catholici,
qui Deum factis & sermonibus vt spirituales ius-
dei confitentur. Loricam accipiunt fidei, galeam
fulatis, gladium spiritus, quod est verbum Dei, ara-
cus, quibus permatas excommunicationum sagita-
tas in eos iaculentur, qui huiusmodi sanctissimam
aedificationem destruere molliuntur. Vt vel sic ter-
reantur, videntes piorum populum non inermem,
non timidum & imbecillē, vt ipsi falso dicunt, sed
armatum variâ linguarum cognitione, vtriusq; te-
stamenti exacta notitia cum vero genuinodq; il-
lius sensu, quem Deus non tumidis, inflatis, si-
biq; silentibus reuelat, sed paruulis, & modestis;
colliq; submitteibus Romanæ ecclesie suavissimo
iugo. Ita vt de nobis vere dici possit, quod vere di-
citur, quod aedificantes altera manu faciunt opus.

Eph. 6.

Hoc.

Hoc est, decernunt, & definiunt; altera gladium
ancipitem verbi diuini habent.

DIABOLI VIRES ET ARTES
ad nocendū, in Nabuchodonosoris potentia.

Diaboli im-
pia potētia.



Igan. 3.

NVDITH. I. Nabuchodonosor rex Asyrionum, qui regnabat in Ninive ciuitate magna, pugnabat contra Arphaxat, & obtinuit eum in campo magno, tūc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est. &c. Rex hic potentissimus ad faciendum malum, & alijs nocendum inferendum, diabolum nobis, eiusq; diram & superbam conditionem præsignauit. Is enim cum ditioni suæ scuisimæ durissimæq; imperio plurimos subiectos videt (qui enim peccatum facit, peccati seruus efficitur, qui peccato consentit, diabolo se subijcit) tunc extollitur, eleuaturq; maxime, potentia illud tribuens suæ, non diuinæ permissioni. Et gaudens, quod tantam impiorum scelatorumq; hominum multitudinem sibi subiectam videat, legatos suos mittit, quod fecit Nabuchodonosor, qui misit eos ad omnes, qui erant in Cilicia, Damasco, & Libano, & ad gentes, quæ erant in Carmelo & Cedar, & ad omnes, qui habitabant

habitabant transflumen Iordanem vsq; in Hierusalem: Victoria insolens malignorū spirituum turbas ad seducendas varijs dolis, pessimisq; artibus gentes, suoq; subiugandas imperio mittit, nulli neq; conditioni neq; dignitati parcens. Illos mittit, vt masculos homines carnis illecebris molliant, illos, vt auri & argenti fulgore oculos perstringant, & eorum cupiditate animos incendant, illos, vt honorum & dignitatum splendore modestos animos eleuent, & in superbiam erigant. Deniq; nulla vnquam Nabuchodonosor copiarum tot machinis bellicis, tot tormentorū generibus, tot stratagematis hostes sunt aggressæ, quot impetūt & aggrediuntur Sathar phalanges. Quæ non tantum in ethnicos seuiunt homines, sed in eos, qui trans Iordanem vsq; Hierusalem inhabitant, nempe in fideles & christianos, quos potissimum sibi subijci laborat, magis honorificam existimans victoriam, quæ de illis paratur & habetur, quam de alijs, quos victu faciles agnoscat sibiq; ob fidei defectū omnino subiectos videt. Qui enim non credit iam iudicatus est. Sed prouinciarum, quæso, responsum audiamus. Omnes enim, inquit scriptura, vno ore contradixerunt. Quod & nos infracto pectore facere oportet, audaciq; ore respondere, neq; ab hoste tam pudendo vnquam vinci permittere. Etenim etsi nos pusillos ac debiles agnoscamus, habemus factorem Deum, in quo omnia

Ioan. 3.

Phi. 4. omnia possumus, habemus Deum à dextris, ne cō-
moueamur, ni commoueri velimus, qui docebit ma-
nus nostras ad prælum, & digitos nostros ad bel-
lum. Qui nos scuto bonæ voluntatis suæ corona-
bit, qui refugium nobis est, & virtus, ac adiutor in
tribulationibus, quæ nos inuenerint, qui nos erit-
pict de tentationibus, & ereptos glorificabit. Tas-
ti ergo peccatorum animosiores fortioresq; facti, om-
nes vno ore contradicamus. Si nos carnis lenoci-
nijs sollicitauerit, contradicamus, indignissimum
esse dicentes, pro tam foeda tamq; breui delectatiōe
cula, quæ plus aloes quam mellis, d. bet, imo quæ ni-
hil mellis habeat, ni sordidissimis illud sit heuani-
bus, animi letitiam amittere, coeli gaudium, &
glorie purissimas voluptates. Si peri argenti ve-
cupiditate, quo ariete solo consuescit aquare fors-
tissima moenia. Omnes vno ore contradicamus, di-
centes, vitæ viæ breuissimæ breue viaticum suffice-
re, mentisq; esse stultissimæ superfluis inhiare, quæ
grauare magis quam iuuare poterunt, dictumq; à
Deo fuisse, vt omnem animi sollicitudinem deponere
remus, fideremusq; illi. Considerate volatilia cam-
pi, quæ non seminant, neq; metunt, neq; horreum
est illis, & tamen Deus pascit illa. Si honoris am-
bitione vt potentissima bombardæ pulsauerit. Om-
nes vno ore contradicamus, dicentes, fumo, vas-
uitati, graciliq; spume similes esse honores, & qui
leui

leui aura discutiantur & euanescant, & non esse
neq; christiani, neq; sapientis hominis pro re ita
inani & labili, breui & incerta, veros & immor-
tales honores amittere, quibus suos vita defunctos
decorat Deus. Quod si qui sunt in hæc vita hono-
res, virtutem illi sequuntur non vitium, quo nos
ipse inquinare intendit. Idq; ipsum in omnibus suis
aggressibus & impugnationibus faciamus, vt &
ipse cum suis fugiat, qui sibi viriliter resistetes fugit,
& nos glorie corona immarcescibilis ornet,
cuius cupiditate, qui non capitur, ligneus est, aut
saxeus.

DIABOLVS NOSTRA OMNIA

sinistra cupit, id ostenditur in eo, quod Naas
Amonites dextros petiit eruere oculos.

SECVNDO Regū. XI. Ascendit Naas
Amonites, & pugnare cepit aduersus Iabes
Galaad, dixeruntq; omnes viri Iabes Galaad ad
Naas, habe nos scedratos, & seruiemus tibi, & re-
spōdit ad eos Naas Amonites. In hoc feruā vobiscū
pactum, vt erua omniū vestrorū oculos dextros.
In quo bello expressa est conflictatio, quæ dāmon-
Amonitarū rex & prefectus habet. cū pijs omnia-
bus, qui illi in sacro baptismatis fonte renūciarūt.
Qui si foemineo & molli animo sunt, illiusq; vires
& exera

Diabolus
quæritque
curet maxi-
me,

Psal. 22. *Et exercitus formidant, non attendentes, quod si ambulauerint in medio umbræ mortis, non est quod timeant mala, quia Deus cum illis est, non attendentes quod miriades populorum circumdantes eos timere non debent, quia cum illis est, qui nutu potest prosternere omnes, et proponunt ut timidi, nolle illi resistere, qui resistentes fugit, sed cum eo fortis inire. Quod ab illis potissimum pacto exposcit, illud est, quod eorum oculos dextros debet eruere, id est, aut fidem auferre, aut charitatem, quæ vere animi oculus dexter sunt, et quibus dextera, recta et æterna spectantur, neque oculi alij sunt, quibus spectari ea possint. Sinistros illis relinquit oculos, ut ea, quæ praua sunt, et sinistra spectet, ut sunt ea omnia, quæ à fide vitæque fide digna sunt homines, ut sunt hæreticorum peruersi errores, aut corrupti quorundam christianorum mores, qui ita aduersantur euangelio, ac si illi non crederent. Sinistrum illis relinquit oculos, ut temporanea spectent tantum, et quæ grata sunt rebeli et feroci corpori, non æterna, et quæ iucunda sunt spiritui, qui semper aduersus carnem concupiscit. Qui pacto ita iniustitiam senserint, hoc vniuerso sciatis, sistendos esse omnes, qui sinistris fuerint oculis, à sinistris in generali seculi disquisitione, dieque illa tremenda reuelationis iusti iudicij Dei. Et tunc dicitur his, qui à sinistris sunt: ibe maledicti patris mei in ignem*

Iacob. 4. *illud est, quod eorum oculos dextros debet eruere, id est, aut fidem auferre, aut charitatem, quæ vere animi oculus dexter sunt, et quibus dextera, recta et æterna spectantur, neque oculi alij sunt, quibus spectari ea possint. Sinistros illis relinquit oculos, ut ea, quæ praua sunt, et sinistra spectet, ut sunt ea omnia, quæ à fide vitæque fide digna sunt homines, ut sunt hæreticorum peruersi errores, aut corrupti quorundam christianorum mores, qui ita aduersantur euangelio, ac si illi non crederent. Sinistrum illis relinquit oculos, ut temporanea spectent tantum, et quæ grata sunt rebeli et feroci corpori, non æterna, et quæ iucunda sunt spiritui, qui semper aduersus carnem concupiscit. Qui pacto ita iniustitiam senserint, hoc vniuerso sciatis, sistendos esse omnes, qui sinistris fuerint oculis, à sinistris in generali seculi disquisitione, dieque illa tremenda reuelationis iusti iudicij Dei. Et tunc dicitur his, qui à sinistris sunt: ibe maledicti patris mei in ignem*

Galat. 5. *tui, qui semper aduersus carnem concupiscit. Qui pacto ita iniustitiam senserint, hoc vniuerso sciatis, sistendos esse omnes, qui sinistris fuerint oculis, à sinistris in generali seculi disquisitione, dieque illa tremenda reuelationis iusti iudicij Dei. Et tunc dicitur his, qui à sinistris sunt: ibe maledicti patris mei in ignem*

Matth. 25. *his, qui à sinistris sunt: ibe maledicti patris mei in ignem*

ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. O vocem horrores plenam, o inuitabilem perpetuam damnationis sententiam, o sermonem horribilem, o infortunatos eos, qui talia sunt audituri, o infelices, in quos tam dura ac tristis sententia feretur, o sinistros homines, o eorum sortem sinistram, quibus dextrum nihil unquam continget, sed sinistra omnia, luctus, euolutus, ætuum tremor, dentium stridor, perpetuæ tenebræ, ignis teter turpiter olens, et nunquam deficiens, cruciatus indidicibiles, supplicia non excogitata, tormentæ seuisime, horrendi demonum aspectus, seuissimi et tristissimi plulatus, idque perpetuo, quod mysterium confirmat et auget. Attendant ergo, si sapiunt homines, et ne utique tam diri principis crudeli petitioni consentiant, sed dextros seruent oculos, et eos plus vitæ charos habeant, ac cum illo animosi congregiantur, succumbet proculdubio ferus et immanis rex.

Matth. 8.
Luc. 15.

NON VNA VIA SED PLURIMIS nostram molitur perniciem Sathan.

TERTIO REGVM. XX. Cum ab Israhelico populo fusi ac superati Aegyptiorum exercitus fuissent, ita regem alloquuti sunt illius serui crassa quadam ignorantia obcæca

Diabolus
mi se modis
piorum perniciem curas

D d ti. Dij

ti. *Dij montium sunt Dij Israel, ideo superauerūt nos, sed melius est, vt pugnemus contra eos in cā pedestribus, & obtinebimus eos. In quo Sathane aduersarij nostri, tartareiq; exercitus malitia adumbrata est. Hi enim cum in montibus, id est, rebus spiritualibus & excelsis à christianis superantur, aliam statim querunt viam, vt illis bellū inferant, neq; quiescere permittant, & victoria gaudere. Non enim diuunt (vt crasi illi, ingenioq; hebeti) Dij montium sunt dij Israel, contremiscentes fatentur Deum rerum omnium dominum, plenāq; esse omnia tremēda illius maiestate, neq; quidquā esse siue in caelo, siue in terra, siue in abyssi, quod illius ditioni & imperio non sit subiectum, nihilq; esse ab illius potestate exemptum aut liberum. Dicunt tamen, pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Hoc est, rerum temporalium curis eos opprimamus, è supernis deturbemus eos ad infima, varias in eis cupiditates excitemus, campestris ac terrestres omnes, nunc eos honoris ambitione pulsando, nunc augendæ rei cupiditate incendendo, nunc carnis indulgentia sollicitando fortasse obtinemus eos, ac vincemus, quiq; certamine primo victi cum rubore discesseramus, victores cum honore euademus. Sed ni molli sit animo piorum exercitus, eos cum maiori ignominia secundo vincet, quam vicerat primo. Ad erit enim*

enim illi Deus, qui illorum brachia ferrea confringet, vires contundet, & faciet cum illo, quod cum Israelitico populo, qui quemadmodum hostiē prostrauerat in montibus, prostrauit in campestribus. Nunquam enim suos destituit Deus, sed angelos immittit in circuitu timentium eum, & eripit eos, & aduersantes sine causa percutit, ac dentes eorum conterit, facitq; eos vt sterco terrea. Quemadmodum enim in bellis externis, in quibus de rebus corporeis & temporaneis certatur, similisq; victoria intenditur, suis sibiq; merito fidentibus adfuit, & non viros tantum fecit victores, vt Mosem, Abrahamum, Gedeonem, Dauidem, sed foeminas, vt Delboram, Iudith, ita etiam in certaminibus spiritualibus operam fert suis, in quibus non pro siccatis fluxis & momentaneis bonis contenditur, non fragillis ac peritura corpusculi impetitur salus ac vita, sed pro veris, certis ac permansuris, prog; desideranda animorum salute. Opportunamq; opem militibus suis præstat, non hominibus tantum vt Petro, Paulo, Ioanni, Bartholomæo, ac reliquis ecclesie primoribus & inuictis militibus, sed foeminis nobilissimis, magnisq; laudibus dignissimis, vt Chaterina, Agathe, Agneti, Tecla, Dorothæa, quarum victorie si essent à nobis referenda, defuissent & tempus & papyrus. Hæ enim, vt

Psal. 3.

Rom. 5.

optime Paulus, dicere poterant. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos, tanta amoris illius est virtus & potentia. Factū id etiam est diuino admirandōq; consilio, vt reliqua cuncta ne cum audierint viri, audierint & teneræ femellæ colluctationem & militiam esse vitam hominum super terram, regnumq; caelorum vim pati, violentosq; tantum rapere illud, animo linguantur, desperentq; se tam acri certamini fore pares. Sed sciant non corporum sed animorum lacertis huiusmodi bellum esse gerendum, quibus delicate, teneræ ac floridae virgines, & impuberes adolescentes tam selet esse præditi vt barbati viri. Sciant etiam diuinum illis auxilium præsto esse, quo confortati, qui ex se parum posse agnouerant, omnia possunt.

SATHAN SVOS OMNES TRIBUTARIOS facit, & mille modis vexat, in Pharaone opprimente Ioachan.

Diabolus suorum oppressor.



QVARTO REGVM. XXIII. Vincto Ioachan, ac in captiuitatem ducto à Pharaone, constituit Ioachin pro eo, qui vnumquemq; secundum vires suas exegit tam argētum quam aurū de populo terræ, vt Pharaoni offerretur. Vbi typice significata est Sathan

na

ne oppressio in eos, qui ab illo vincuntur. Postquā enim nefarius ipse ac dirus Pharaeo dolis, quæ illius sunt potissima arma, hominem superauit, inq; suam seruitutem redegit, vt redegit omnes qui lethalter peccant (qui enim facit peccatum, seruus est peccati) vincit illum, ac ligat non funibus, sed ferreis cathenis è peccatis contextis, vt nō ita facile diram illius seruitutem, illiusq; plumbeum iugum valeat excutere, neq; egredi quo velit, neq; operari, sed in omnibus prauo suo agatur iudicio. Tunc censum exigit à quibusdam, carnis scæda opera, sermones obscænos, turpes cogitatus. A quibusdam indomitum vindicandi vlciscendiq; se appetitum alieniq; sanguinis effundendi. A quibusdā sitim habendi, congerendiq; quomodocunq; rē. A quibusdā inflationem animi, mentis tumorem, & indignam aliorum aspersionem. Hæc enim & huiusmodi census sunt, quos à suis exigit, hæc illi argentum, hæc aurum, quod maxime sitit, & cuius cupiditate tenetur. Miseros illos, qui cum Deum habeant adiutorem, cuius ope Sathanicæ omnes phalanges cum principe suo non grandi labore vincuntur, se illi, vt ignaui milites & excors des dedunt. Miseros qui illi censum pendunt, & quæ ille exigit, cum sint omnia indignissima factu perpetrant, illiusq; tributarij sunt, cum sanguine suo liberos eos Christus effecerit. Empti (inquit)

Ioan. I. Pet. 2.

Gala. 4. Rom. 6. Cor. 6. & 7

estis pretio magno: etiam non estis vestri, & à
tã diro Pharaone liberauit, vt dulci libertate fruẽs
tes diceretur populus mundus, populus acceptas
bilis, populus bonorum operum sectator, sederetq;
in multitudine pacis, in requie opulenta, omnibus
suis inimicis in eo potentior factus, ni velit
sui ipsius proditor existens se ipsũ

Tit. 2.
Isai. 52. d.

proijcere, & inimicis se
sponte dedere, col
lamq; illis
subde
re.

I N D E X

FIGVRARVM ET FOLLORVM QVIBVS inueniri poterunt, quæ fuerint requis sita.

A

- A**duentus Christi in Mæ
dum, in aduentu Moyſi
in Aegyptum. fo. 26.
Apostoli illorum q; infractus anis
mus in Michea. fo. 80.
Apostoli & illorum ante electio
nem ruditas, in Mose. fo. 82.
Apostoli quo consilio illiterati &
inopes electi. fo. 83.
Apostoli & illorum numerus qua
re rarus & ipsi cur rudes & ig
nobiles in Gedeone illius q;
paucis militibus. fo. 85.
Apostoli & illorũ nune. u. doceri
nq; purissima in duodecim fõ
tibus. fo. 85.
Apostoli & illorum numerus pre
signati in duodecim lapidibus
factis in Iordanis aquis. fo.
87.
Apostoli et prædicatores futuri
moleſti mundo, in Dauidesate
li infesto, fo. 88.
Apostoli et illorum numerus, in
multis præsentis. fo. 89.
Apostoli & doctores, in faber seis
raris qui ne essent in Iſrael eas
uebant Phi Iſci. fo. 95.
Apostoli et doctores in offerenti
bus pro inauguratione templi.
folio. 96.
Apostoli, doctores, et episcopi, in
ijs qui præerant commẽtarijs
domus domini. fo. 98.
Aduentus Christi in pluribu figur
ra. fo. 14.

INDEX.

B
 Baptismus in mari rubro. fo. 5.
 Baptismi figura, in Naaman lotfo
 ne. fo. 17.
 Baptismus in submersione Phara
 onis exercitusq; illius. fo. 34.
 Beneficia quibus Christianum po
 pulum affecte Deus in benefi
 ciji quibus populus Israelitis
 cus est affectus. fo. 157.
 Boni malis inuisi, in Esau & Ia
 cob, carnis & spiritus pugna
 in eisdem. fo. 166.

C

Carnis mortuis affectibus oris
 tur animo leticia, in partu
 Isaac. fo. 148.
 Christus pacificator in Salomo
 ne. fo. 4.
 Christus hostia pro peccatis. fo. 6.
 Christus stiorum pastor, in Dauide
 de pastore pramonstratur. fo. 5.
 Christus, illius charitas & doctri
 na, in lapide e quo aque fluxe
 runt. fo. 10.
 Christus, pramonstratus in serpen
 te. fo. 11.
 Christus quomodo intelligatur,
 in serpente & virga. fo. 12.
 Christus honorum remunerator,
 malorum punitor in Aher
 ro. fo. 14.
 Christus illiusq; fructus mirabiles
 in arbore vite prae ostens
 si. fo. 20.

Christus et sollicitudo quam suos
 rum habet in Isaac praeostens
 duntur. fo. 21.
 Christus optimus pastor in Ihas
 ac. fo. 22.
 Christus doctor illiusq; lex suas
 uissima in Esdra. fo. 30.
 Christus leuaturus suos onere in
 Dauide, cu ad illu cosugiebant
 qui amaro erat animo. fo. 33.
 Christus propitiatio pro peccatis
 in propitiatorio. fo. 44.
 Christus superflua omnia resecas
 & circumcidens, in lapideo cul
 tro, fo. 46.
 Christus, in lapide statuum conte
 rente. fo. 47.
 Christus ecclesiam condens, in Cy
 ro perlarum rege, fo. 61.
 Christi figura Isaac. fo. 1.
 Christi libertas, qua populu suum
 donauit, in eductione ex Aegyp
 to. fo. 2.
 Christi in peccatores patientia et
 benignitas, in Dauide erga Ab
 salonem. fo. 18.
 Christi, in humanum genus benefi
 cia, in Dauide rege & cythrae
 do. fo. 40.
 Christianorum vita arcta, qui ins
 grediuntur per eam pauci, in
 paucissimis qui Palestinae sunt
 ingressi. fo. 151.
 Christiani contenti praesentibus
 & eorum mores sine auaritia,
 in maña, quod seruatum scatu
 riebatur verumibus. fo. 149

INDEX

Christiani ad coelesia anholare, se
 per debent & aspirare ad illa,
 in Mose e montis cacumine
 promissionis terram salutans
 te. fo. 147.
 Christiani si sapunt, animoq; gra
 des sunt eligere debent magis
 compati cum Christo qua gau
 dere cum mundo, in Mose, cu
 negauit se filium esse filiae Pha
 raonis. fo. 148.
 Christiani, in corporis & animi
 hostes fortes esse debent, in Be
 thulianis. fo. 155.
 Christiani pleriq; in luce, multi
 in tenebris ambulat, in tene
 bris Aegypti. fo. 167.
 Christianorum puritas & ingeniu
 in animalibus quae comedere
 licebat. fo. 140.
 Christianorum vita, in ijs quae ves
 ci licitum erat, ex aquatilis
 bus. fo. 141.
 Christianorum vita peregrinatio,
 & alia ad eorum mores spectan
 tia in preparatione ad comes
 dendum agnum. fo. 142.
 Christianorum ingenia varia, va
 riq; propensionis & muneris,
 in sacrificijs quae offerebantur.
 fo. 140. & 160.
 Christianorum in bene operando
 constantia & fortitudo in Da
 niel apertis fenestris orante
 contra regis edictum. fo. 189.
 Charitas Christi in Mundum, in
 caprae hinnuloq; ceruoru, fo. 24

Charitas Christi mirabilis, in Da
 uide toties ignoscente Saur
 li. fo. 40.
 Circensio in lapideo culthro. fo. 46
 Crux Christi illiusq; passio in Iug
 no iacto vt dulcescerent amarae
 aquae. fo. 45.
 Christianis cum mundo, sathana
 & carne militantibus adest di
 uinum auxilium in Iesu Na
 ue. fo. 151.
 Christianorum ingenia variis, va
 riq; vitandi modi in vasorum
 enumeratione quae in vltus tem
 pli ferebantur. fo. 145.

D.

Deus praesignatus in Iacob, eccle
 sia Israel & gentium in illius
 vxoribus. fo. 68.
 Diabolus, in Pharaone, & in mo
 dis quos pro vexadis Israelitis
 querebat ipse. fo. 171. & 212.
 Diabolus illiusq; vires, in Nabu
 chodonosore illiusq; lega
 tis. fo. 214.
 Diabolus illiusq; industria seua,
 in pacto, quod exiebat Naas
 Ammonites, a viris Iabes, Gra
 laad. fo. 216.
 Diabolus non desistens a piorum
 persecutione, in praesentis Al
 syriorum I. Iorumq; toties co
 acto exercitu. fo. 219.
 Diaboli industria aduersus hos
 nos, in Pharaone iubente mase

INDEX

culam necari prolem fo. 171.
 Diaboli laqueis qui se ac suos capiunt expeditos, ne seculi suis debus committant, in sicella, Moyfi. fo. 212.
 Diaboli & hereticorum impiorum in ecclesiam odium, in trillios ne Sanaballat cum templo edificaretur. fo. 213.
 Diaboli in suos oppressio, in tributis quae exigebantur Pharaoni. fo. 220.
 Doctores & ij qui sacras instituerunt religione in principibus parum aurum & argentum offerentium in edificationem domus domini. fo. 96.
 Doctores & praedicatores in portis & turres civitatis Hierusalem edificatibus. fo. 98.
 E
 Ecclesia a Christo fundata in fundatione temp'i. fo. 44.
 Ecclesia comparata equitanti Pharaonis. fo. 48.
 Ecclesia comparata lilio. fo. 48.
 Ecclesia comparata columbe & turturi. fo. 48.
 Ecclesia lectulus Salomonis, quae sexaginta fortes ambisit. fo. 48.
 Ecclesia ferculum ex lignis libanini. fo. 49.
 Ecclesia tentorium. fo. 49.
 Ecclesia hortus & scultus. fo. 49.
 Ecclesia fons signatus. fo. 50.
 Ecclesia fons in ortorum. fo. 50.
 Ecclesia axes ordinata. fo. 50.
 Ecclesia praesignata in Monte Sion. fo. 51.
 Ecclesia praesignata in Hierusalem. fo. 52.
 Ecclesia praemodificata in terra promissionis. fo. 53.
 Ecclesia in templo Salomonis. fo. 54.
 Ecclesia in Eva Adam vxore. fo. 55.
 Ecclesia in arca Noe. fo. 55.
 Ecclesia in vinea quam plantavit Noe. fo. 56.
 Ecclesia in monte ad quem confugit Loth. fo. 56.
 Ecclesia in monte in quo Moses legem accepit. fo. 57.
 Ecclesia dicta est corpus. fo. 57.
 Ecclesia dicta est sponsa. fo. 57.
 Ecclesia dicta, Turtur, columba, civitas, acies. fo. 58.
 Ecclesia ostensa in muliere sole amicta. fo. 58.
 Ecclesia paradiso voluptatis. fo. 60.
 Ecclesia ex gentibus in Raab. fo. 60.
 Ecclesia ex gentibus in Helder, & repudiata Valthi regina. fo. 62.
 Ecclesia praesignata in Rebeca. fo. 67.
 Ecclesia ex populo Israelitico, & gentilitico, in duabus iacob vxoribus. fo. 68.
 Ecclesiam praedixerunt plurima alia. fo. 65. & 66.
 Episcoporum cura & sollicitudo in Bidra. fo. 90.
 Episcoporum & maiorum in Deum illiusque cultum pietas in Bidra. fo. 91. & 92.

INDEX

I
 Episcoporum ob illatas diuino numini iniurias dolor, in Ebra. fo. 93.
 Episcoporum curae, & vigiliis prohibitis commissis ecclesiis in Nehemia. fo. 94.
 F
 Fama Christi, in puella capta a Syria latrunculis. fo. 16.
 H
 Heretici in simulatione illorum qui pro edificatione templi operam sinxerunt se velle tribuere. fo. 208.
 Heretici in Sanaballat, templi edificationem impedire molientii. fo. 208.
 Heretici in colocynthidis in olla Helisei missis. fo. 210.
 Homines qui & quomodo vitantur, quia iniqui sunt in Leprosis. fo. 168.
 Homines varijs praediti ingenijs qui grati, qui ingrati Deo in auitibus quibus vesci licitum erat & in his quae prohibebantur. fo. 170.
 Homines inuulidi & faminei qui & si celi cupiditate rasantur labores recusant quibus paratur illud, in timentibus Palestini nam adire, quia in ea erant gigantes. fo. 172.
 I
 Iesus ducit in Caelum qui illi vna uide adhaerent. fo. 7.
 Iesus nomen & officium, in multis sic appellatis. fo. 8.
 Iesus legis doctor, in filio Sirach, folio. 8.
 Iesus multa conferens hominibus beneficia in lapide iacob. fo. 9.
 Iesus filius Naue exploratores mittens Christi typos apostolos mittentis. fo. 20.
 Incarnatio Christi in manu Moyfi. fo. 11.
 Incarnatio in vase nono in quod sal insudit Helleus. fo. 12.
 Incarnatio Christi & humanitas ex virgine assumpta in pellicibus haedibus quibus operuit iacob Rebeca. fo. 19.
 In inuisoribus Assueri heretici qui illi necem parabant. fo. 211.
 Iniquorum turpes mores, in variis Aegypti. fo. 145.
 Iosue & Moyse Christi figura. fo. 7.
 L
 Lex Christi, in lege data Moyfi. fo. 3.
 Legis veteris & nomen in Mose & Iesu Naue. fo. 159.
 Liberos educatio, in infusione vasorum quae fundebat Hierusalem. fo. 180.

INDEX

• **Liberorum educatio** ex frequentia aspectu & auditu maxime p̄det, in virgibz Jacob. fo. 182.
Libertas Christiani populi per Christum, illius in ecclesie functionibus distribuendis, sapientia in Salomone. fo. 33. & 137.
Literarum sacrarū difficultas & profunditas in puteo cui lapidem abstulit Iacob. fo. 157.
Literarum sacrarum expositio, in virgibz quas excorticavit Iacob. fo. 158.
Literis humanis quomodo utendum, in ijs quæ petierunt Israelicę ab Aegyptiis cum egredierentur. fo. 183.
Literis humanis quomodo utendum etiam si opus fuerit in illarum auctores, in gladio Goliath. fo. 184.
Literis humanis humanarūq; philoſophicę quæ auferenda vt religioſi inferuāt, in vxore Moysi alienigena, filioq; illius. fo. 166.
Literę humanę quomodo vtilis in captiua quæ vt conſigio eſt ſer̄ idonea Radebatur. fo. 184.

M.

Maria virgo, illius ad Angelū cōſeſus in Rebeca. fo. 69
Maria ſuauiſſima æterni regis patrix, in Heſter. fo. 71.
Maria modelliſſima & illius in diſcum humani generis hoſtē ſtremitas. fo. 72

Maria & illius dotes mirabiles in muliere ſole amiſta quam vidit Ioannes. fo. 74.
Maria comparatur palmę. fo. 75.
Maria comparatur oliuę. fo. 75.
Maria puriſſima, comparatur ſpeculo. fo. 76.
Maria comparatur virgule ſumi ex aromatibus. fo. 76.
Maria diſta liliū. fo. 76.
Maria platano cōparatur. fo. 77.
Maria cōparatur aurorę. fo. 77.
Maria ob nomen quod habebat ſanctiſſimum cinamomo & balſamo cōparatur. fo. 78.
Marię virginitas in roſa lericana in ſeculo florido. fo. 78.
Maria illiuſq; partus puriſſimus in Eua. fo. 79.
Marię ſanctiſſimę modetiā & reſponſum angelo exhibitum in Abigailē. fo. 70.
Marię puriſſimę virginitas, in virga Aaron. fo. 74.
Marię virginitas in horto conſuſo. fo. 77.
Marię virginitas, in fonte ſignato. fo. 77.
Marię virginitas, in rubo fo. 78.
Marię virginitas, in Ezechielis porta. fo. 79.
Marię virginitas, in lapide ſine manibus abſciſo e mōte. fo. 79
Monachi extra clauſtra pleriq; vt corū ſunt alij vt columbæ. fo. 154.
Moses in pluribus Chriſti typū

INDEX

geſſit. fo. 2.
Moses educit et Aegypto populum, Iſoſue in terram promiſſam introducit vtrumq; ſuis præſtitit in ſpiritu & veritate Chriſtus. fo. 7
Moses vir ſanctiſſimus non fuit a veneno inuidię Liberatus inuidet enim illi Maria ſoror Aaron. fo. 165.

N.

Natiuitas Chriſti in Iſaac. fo. 1
Nehemię viro ſanctiſſimo ſimiles fuere patres ſuperioribus aſis in concilio congregati. fo. 98.

O.

Opera bona coſtāda in illiſ, quos abſcondebant Hebręi ne iugularentur ab Aegyptiorum rege. fo. 174.
Opera bona, & pretioſa quæ cū q; prudenter occultrāda in Ezechia legatis Babylonis theſaurōſ ſuos oſtendenti. fo. 175.
Opera bona & pia dum durat vltima faciēda in annis vbertatis. fo. 177.
Orationes, ſuffragiaq; alia delideranda & petenda in ijs quæ egredientes ab Aegypto peties re Iſraelicę. fo. 178

P

Paſſio & obediētia Chriſti in Iſaac. fo. 1. & 2.
Paſſio Chriſti in immolatione agni. fo. 2.
Paſſio Chriſti & crucifixio in ſexta pente. fo. 3.
Paſſio Chriſti in perſequentionibus David. fo. 35.
Paſſio Chriſti in paſſeribus offerenti iuſſis pro leproſi mundatiōne. fo. 43.
Paſſio Chriſti in vacca ruſa quæ pro peccato populi offerebatur. fo. 43.
Paſſio Chriſti in ſanguine agni, quo vndę fuere Iſraelitarum domus in Aegypto. fo. 44.
Paſſer Chriſti & verus inferni hoſtis interfectōr in Davide icu lapidis Goliath proſtranti. fo. 42.
Patientia & longanimitas Chriſti in peccatores, in Davide ex ga Sautem. fo. 40.
Patres diuini ſpiritus impulſu cōcilio coegerunt. fo. 98.
Peccatores ne diſſidant, & rupē in fontes aquarum conuertit, & liquēfecit Cryſtallum, fo. 194.
Peccatores agnoſcendi, illorum conuictus vitā dū, in eo q; præcipiebatur veſtem diſciscam habere leproſum. fo. 195.
Peccatores obſtinati reſciuntur a Deo, in ſacrificiſ, quæ ipſe reſpuebat quia maculata erant. fo. 197
Peccato non ſeruiendum, in eo q;

INDEX

Bethusani Nabuchonosori seruire noluerunt. fo.169.
 Penitentia in eo erat adumbrata quod sacrificia pro commissis feceribus offerenda sine thure & oleo erant futura. fo.202.
 Penitentes & infantilem gratiam & opera relictosque laetitiam afficiunt pios, in eunim factio in ablacione Isaac. fo.203.
 Penitentes & in hac calamitosa degentes vita a laetitia abstinere in suspensis in Babylonia strumentis mulcis. fo.204.
 Penitentes eocaus dimittere Saathanas, ne longius recedant a herat ipse. fo.205.
 Penitentium emendatio, vite correctio, & occasione uitio in Israelitis vxores alienigenas procul pellentibus. fo.205.
 Persecutiones passuri pif ab impijs, cum illorum consuetudine ut pernitiosa vitauerint in Aegyptijs premittibus Israelitas cui exitum parabant. fo.207.
 Persecutiones piorum & odium impiorum aduersus illos, in domo Saul & David. fo.202.
 Persequuntur intra iustos, in Ami & Mardocho. fo.191.
 Persequantur qua de re mali benos in responso quod exiit Moses Aegyptio regi, cum in terra sua sacrificare illum iuberet. fo.193. & 168.
 Pios cur varijs laboribus excers

ceri permittat Deus, in laboribus quibus Israel vexabat Aegyptus. fo.168
 Populi gentilitypus, Naama. 17.
 Prædicatorum opera & sapientia, in præcepto quo ne araretur in boue & a lino præcipiebatur. fo.100.
 Prædicatorum, illorum doctrina in vis in cubis quarum sonitu corruit Ierico. fo.102.
 Prædicatorum contiones, quo animo audiendæ. fo.106.
 Prædicatorum contiones quo peccare, quibus auribus percipiendæ, in Esdra & illius auditeri b' cū lex ab illo legeret. 107.
 Prædicatores & doctrinæ illos pif efficaciam, in iaculo, quo iustit Heilseus regem Israel terræ percutere. fo.104.
 Prædicatores, & sacerdotes quorum cum pura sit doctrina im pura est vita, in Iacob voce & manibus. fo.121.
 Prædicatores quibus & quando sint prædicaturi aut diuinã doctrinã sonaturi sacerdotes, in suscipiis e falcibus organis. 213
 Raab ecclesie figura. fo.61.
 Redemptio nostra & aduersarij nostri victoria, in congressu Iacobi cum Goliath. fo.37.
 Regnum Christi in vntione Davidis. fo.25.
 Regni Christi maiestas, amplius

INDEX

do & perpetuitas, in regno Davidis. fo.25.
 Religiosi ne vitam suam piam vt molestam odio habeant, pro seculari suscipiant, in Israelitis edictis ex Aegypto. fo.161.
 Resurrectio Christi, & illius mysteria alia in Sansone. fo.29.
 Resurrectio Christi, & illius alia mysteria, in Ioseph illiusq; e carcere educatione. fo.31.
 Resurrectionis Christi figuræ plures congesse. fo.32.
 Sacerdotium Christi in veteris legis sacerdotibus præsignatū. fo.5.
 Sacerdotum integritas & puritas in iussione qua præcipiebatur ne maculam habens sacerdos crearetur. fo.108.
 Sacerdotum temperantia in vini prohibitione. fo.110.
 Sacerdotum perfectio & vt leuis simis careant culpis in ratione pillorum. fo.111.
 Sacerdotum vita austera, & ne casu sacerdotes creentur in vtraga Aaron. fo.112.
 Sacerdotum perfectio in is qui admittentur ad ministrandū. 113.
 Sacerdotū castitas in præcepto vt puellâ virginē duceret. fo.114.
 Sacerdotū in diuinã legē obediētia, in perforatione auris. 118.
 Sacerdotum puritas vt sacra admittantur in puritate petita ad suscipiendam legē. fo.119.

Sacerdotū puritas & eorū omniū qui sūt sacramēta recepturi, in peroratione Abimelech. fo.125
 Sacerdotū & eorū omniū qui sacra adferre loca puritas in Mose calciamēta solvere iussu. fo.124.
 Sacerdotū puritas in eoq; qui carnes esset & deebat tãgere sanctificari iuebantur. fo.125.
 Sacerdotum puritas & eorū qui recepturi sūt sacramēta in eo quod donec cōsumptū fuit cōspersum Aegypti non depluit Manna, fo.126.
 Sacerdotum puritas animiq; candor, & omnium sacra receptura in eo quod eiecit Olias in mūdiciatē terræ omnes ante celebrationem. Phase. fo.127.
 Sacerdotes cum sacra peragunt quid aduri, in Abraham volucres abigente. fo.114.
 Sacerdotes & eorum splendor vite in caudelabro, lucernis & emunctorijs. fo.116.
 Sacerdotes cauēt ne dignissima indigne admittent, ophui & phines fratru & aliorū ruina. fo.119.
 Sacramēta quomodo recipiēda in modo comedendi agnum. fo. 128.
 Sacramēta indigne suscipientes penæ expectant, in Nadab & Abiud. fo.133.
 Sacramēta eucharistie debito præcedite ex anime susceptū quor sequitur cōmoditates, in arca cum mansit in domo Obeded. fo.129.

Sacramēto eucharistiæ debita læ
titia, debite laudes, debita præ
paratio & his similia alia. fo.
110. 129.
Sacramenti diuinum plane conuul
sum, in conuulso Assueri, præ
fagium. fo. 135.
Sacramenti dies solēniter celes
trandus, in iubilo Davidis eos
ram arca fœderis. fo. 136.
Sacrificijs diuinis præsto adelt
gratia si digne recipiantur, in
igni multorum sacrificia absum
mendi. fo. 122.
Sacrificia inuictorum accepta fuere
Deo, & nostri sacramenti si
gura. fo. 134.
Salomon in multis Christi figur
ra. fo. 4.
Scriptura sacra illius & puritas
& proficitas in fœtibus & pus
teis & hominibus. fo. 21. & 22.
Sc̄ptura sacra in aqua quæ vir
gæ sc̄nificati e petra. fo. 23.
Super hoc oculo habet Deus, in mō
tibus Gelboe. fo. 197.
Superbi deprimendi, extollendi
humiles in Aman & Mardos
chæo. fo. 199.
Superbi principatus ambiunt etiā
& si illis indignissimī, modesti
autem resoluunt aut contemnunt
in arboribus & Rhāno. fo. 201.

T

Tribulatis Dei nomine adest De⁹

in Mose oues pascenti, ex Egy
pto profugo. fo. 166.
Tribulatos & præter rationem af
fictos solatur Deus, in Iacob,
cum fugiebat fratrem. fo. 186.
Tribulatis quæ adit societates,
quod auxilium cū ob Dei glos
riam affliguntur, in aura quæ in
camino ignis refrigerabat pue
ros. fo. 188.

V

Vellū quo facies operiebatur Mos
si, non valituros ob suam malis
tiam pluresq; ex hēbreis intue
ri quod sub lege latebat præ
monstrauit. fo. 19.
Victoria Christi & ecclesiæ funda
datio, in Iosue, altare struens
te. fo. 28.
Vita iugulanda vt viuat virtus
in Ægyptio iugulato a Mos
se. fo. 164.
Vitæ futuræ inuigilandum, thes
saurizandumq; ad illam in mā
na quod in diem sabbati collis
gebatur. fo. 179.
Vocatio piorum in enumeratione
eorum qui reuersi sunt ex Bas
bylone. fo. 137.
Vocatio ex diuersis populis in As
bele, & Cian. fo. 138.
Vocatio vtriusq; populi Israelliti
ci & gentilis, in vellere celesti
tore persuso & arca. fo. 139.

* F I N.

